gas saluabitur in multitudine virtutis sue | Patere legem quam  
ipse tuleris | .i. legem quā imposueris z sciueris. vnde in sequenti-  
bus. Turpe est doctoz zel. Item dogma tuuz sordet: si te tua cau-  
sa remordet. vel | patere legem | .i. tu legem imponas alijs: quam  
velles vt tibi imponeretur. Vnde. legem quam tuleris de iure te-  
nere teneris. Quā si respueris: iure puerilis eris. qz mors est mor-  
tem pianda. | Alienum noli concupiscere | .i. rem alienam. qz com-  
mitteres in legem. vnde quidam sapiens. frustra legis auxilium  
inuoat: qui cōmittit in legem. Vnde in lege scriptum est. Alienā  
messem ne transferas de agro in agrum: qz radix est omnium ma-  
lorum cupiditas. quā quidam appetentes errauerunt a fide. Et  
concupiscentia enī aliene rei multotiens prouenit furtum. Quā ali-  
bi. Noli fili concupiscere diuitias: que cum labore acquiruntur. euz  
timore possidentur. cum dolore amittuntur. vnde quidam. Diues  
diuitias non aggregat absqz labore. nec tenet absqz metu. nec de-  
sinit absqz dolore. | Pauca in conuiuio loquere | quia in multilo-  
quio non deest peccatum. vnde infra. Iure conuiuas zel. vel sic.  
querere pauca in cōuiuio. i. in paruo conuiuio nec quere supflua  
fercula. sed sume grate qd dabitur tibi. Vnde infra. Exiguū mu 3



pone filios plus q̄ seruos: q̄ meliouis p̄ditionis sunt, vel. libros erudi. i. illos qui sunt de legitimo matrimonio procreati q̄ liberi sunt, vel. libros erudi. i. erudiendo disciplinatos redde q̄ qui dili git instanter erudit. vñ salo. Qui parcat q̄ge: odit pueruz. qui aut̄ diligit instanter erudit eū. vñ quidā. Natiū q̄ga docet/ z monb⁹ in/ struit ergo. Qui parcat tergo: nō amat imo nocet. Liberi. oz̄ caret singulari. vel. erudi libros. i. artibus liberalibus vel mechanicis. vt possint per artes suas corporis inopie/ si necesse fuerit subuent re. vñ infra. Si tibi sint nati/ nec opes: tunc artibus illos instrues quo possint inopem defendere vitam. Blandus esto. i. mitis z affa bilis nō causa adulationis sed causa curialitatis et benignitatis. Lesto [in q̄] blandus [tribus modis. s. corde/ voce/ z opere. blādus id est humilis corde. q̄ non cogues malum contra proximum sed potius bonum. dulcis z suavis voce: vt non irascaris contra deū murmurando. sicut aliqui faciunt propter aliquam aduersitatem que eis cucurrit: sed sis mitis benedicendo potius q̄ maledicendo vnde infra. Successus dignos noli tu ferre moleste. sis fauorabilis z benignus opere: auxiliando potius aliquem inopem q̄ ledē do. Unde thobias. Nec facias alijs que scis tibi cōmoda zel. et alibi. Que tibi vis fieri: mihi fac zel. vnde quidam. Doc facias alijs quod tibi vis fieri. [Ira] scilicet abs re noli. i. sine rationabili causa. homo enim iratus nescit viam discernere veritatis. Juxta illud infra. Impedit ira animum ne possit cernere verum. et illud In nullis rebus videt iracundia verum. Unde ira enim est subita animi tempestas que inordinate se concutit/ z cor hominis ad in famiam trahit/ z etiam sepe corpus. Et bene dicit ad infamiā. Nā ex ira sequitur odium. Juxta illud. Ira odium generat zel. Ex odio generatur vel nascitur iurgium. z ex iurgio generatur prelium. et ex prelio fit homicidium: ad quos sequitur iam corporis q̄ anime detrimentum. propter homicidium enim quidam incurrerunt exilium. quidam autem ad carceris ergastulum. alij autē ad laqueū alij ad incendium. alij ad vniuersa mortis genera compelluntur. Patet ergo q̄ ad iram sequi potest opprobrium sempiternuz [In iudicio] adesto [voluntate] spontanea non coactus. Mali enim pro erahuntur ad iudiciū. coacti: boni s̄o sponte] vñ in iudiciū adesto q̄ in iudicio nō sis peruersus: sed obediēs iudicio vel iudici. vel [iudiciū] s̄t des [straniū] iudici. vel in iudiciū ne permittes aliquē permanere. nec aliquē iniuste iudices: vel defines iudicari [Mu tuum] da [q. d.] si aliquid datur tibi danti retribuas. vel [mutuuz] id est mutuate z alternate redde: et crede si necesse fuerit. Et est

mutuum quando de meo fit tuum / z e conuerso s<sup>o</sup> ysidor<sup>o</sup>. vnde  
vsualiter dicitur. Mutua dando vice sunt filia mater amice. **Cui**  
**des videto** **I** dico q<sup>d</sup> des mutuum: sed inde **Cui des videto**. i. cum  
quo habes hanc vicissitudinem dandi vtrum sit ingratus aut nō  
vtrum sit memor beneficij accepti ne hoc sit officiperdi. vel **Cui**  
**des** bona tua **videto** vtrum sit dignus. debes enim dare paupe  
ribus z egenis q<sup>z</sup> si das leccatori vl' histrioni sacrificas dyabolo  
vñ illud. Mimo donare: i. huc est dare demonis are. Quia histrio  
nibus dare nihil aliud est q<sup>d</sup> demonibus imutare. licet in euange  
lio inueniatur. omni petenti te tribue. Sed ibi tantūmō de bonis  
z dignis intelligitur. vnde illud in ioh<sup>o</sup>bia. Panem tuum z vinum  
tuum super sepulturam iusti constiue. z noli ex eo cōmedere cum  
petentibus. vnde illud. Respicias dando / quid / vl' cui / quomodo  
quando. **I** iurandum serua. i. i. sacramentum firmum z stabi  
le facias vel teneas / ne periurio reprehendaris. vel **I** iuranduz  
serua. i. considera q<sup>d</sup> illud sit iustum / z honestum et verum / et de  
quo z pro quo iurabis quia aliter non licet iurare. qui si iurares  
de re nesciens posses inde publice diffamari. Quia periurium est  
pro se vel pro aliquorum gracia veritatis abnegatio. Vel periuri  
um est mendacium sacramento confirmatum. q<sup>d</sup> est deo z homini  
bus odiosum. Quia vit religiofus non dirigitur in terra zel. Qui  
dins. Nō boue mactato celestia munera gaudent. Sed que prestā  
da est z sine teste fides. vnde quidam. In iuramento fidus satis  
esse memento. Et si tu iures q<sup>d</sup> ius sit dicere cures. **C**onuiuia raro  
i. i. s<sup>o</sup> conuiuia raro. vnde illud. sili noli esse auidus in cibo  
neq<sup>z</sup> te effundes super omnem escam. Tria sunt enim que beatuz  
vitam hominis faciunt. s. victus tenuis / oga vilis / z mensa sine  
arte. q<sup>z</sup> vsitatum z frequens conuiuium generat fastidium. z sani  
tatem extirpat. epulentiā non mercatur z attrahit infamiam. dam  
num parat: libidinem prouocat. Dicit enim ysidorus. Ubicūq<sup>z</sup> sa  
curitas: sibi dominatur libido. Et galienus dicit. cibozuz cupiscē  
cie anime sunt detrimenta q<sup>z</sup> quanto magis impletur venier: tan  
to magis anima mīozatur. vel **C**onuiuia. i. comede. ita q<sup>d</sup> sit obuz  
et est antiqua grāmatica. quia antiquitus dicebatur. cōuiuio. as.  
Sed modo dicitur conuiuoz. aris. vnde. Sume cibuz modice: mō  
dico natura fouetur. Sic corpus refice: ne mens tetuna grauetur  
vnde hiero<sup>o</sup>. Modicus cibus et temperatus corpori et anime est  
vtilis. vnde infra. Morbi nāq<sup>z</sup> mali causa est quecunq<sup>z</sup> voluptas  
**C**Uino te tempera. **I** id est modice viere vino. quia in illo luxuria  
vt febris in anguilla est. Ebrietas enim mentis inducit epilium: et

Lingosus

Veneris incitat incentiuuz. per quā menti quedam obliuio sui ge-  
 neratur. et superfluoꝝum potuuz indulgentia. Vnde in alexand.  
 Rixasq; z bella moueri imperat z suadet rationis vile sepulchru  
 Ebrietas. vnde salomon. Vinum z mulieres apostare faciunt sa-  
 pientes. z arguunt senatores. vel fiat spallage. vino te tempera  
 id est a mixtione aque. Pugna pro patria .i. pro legibus z cō-  
 suetudinibus z libertate patrie conseruandis. vel pugna pro pa-  
 tria .i. ab insultibus inimicorum eam defendendo. quia mori pro  
 patria dulce est. z patrie impendere vitam vel curam. Vel morali-  
 ter pugna pro patria .i. pro celesti regno. Regnum enim celeste  
 per bona merita debemus acquirere. Nec enim terrena habitatio  
 non est nostra habitatio: sed locus nostri exilij z peregrinationis  
 nostre. quia nō sumus ciues: sed aduene. conuersatio enim nostra  
 est in celis. vnde paulus. Non habemus hic certam mansionem  
 sed vitam futuram inquiramus zc. Quod satis est dormi .i. sen-  
 sus est. Qd sufficiens est tibi dormi. non quantum ad naturā cor-  
 poris: sed plus vigiles q̄ dormies. ita q̄ plus ad salutem anime.  
 q̄ ad corporis voluptatē. Sopor enim nutrit pigriciam. et animi  
 toporem siue accidias. Et est accidia defidiosus animi corporis ho-  
 minem quemlibet a bono cepto faciens reslire. vnde dicitur quod  
 satis est dormi .i. sufficienter ne piger efficiaris. Vnde dicit scrip-  
 tura de pigro. Sicut ostium versatur in cardine suo: ita piger in  
 lecto suo. vnde versus. Non dantur legni celestis premia regni.  
 Illis ingeris/ quomuz nunc facta sequeris. ¶ Nil temere crederis .i.  
 id est audita ne crederis ante q̄ probes illa. quia ille est maledictus  
 qui credit omnem spiritum. Nam credere quandoq; regit accusa-  
 tiuum sine prepositione. vt demones credunt/ scz qd est. z tūc no-  
 tat informatam qualitatem. vnde iacobus in epistola. Ecce dmo-  
 nes credunt z contremiscunt. Quandoq; daturum. vt credo tibi/  
 id est scio q̄ tu es verax. Quandoq; accusatiuum eum prepositio  
 ne. vt credo in deum et ita ibi notat inherentiā dei. vel certitudi-  
 nem rei. vnde apostolus. Scio eui credidi. i. certus sum. Quādoq;  
 notat responſionem cerni non in futuro. et hoc modo respondet  
 patrimus pro puero dicendo credo. Quandoq; notat fidem ope-  
 ratam per dilectionem. vnde in euangelio. Qui crediderit z bap-  
 tatus fuerit: saluus erit. vnde. Credo deo/ vel crede deuz. plus cre-  
 dere dico. Si credis in eum: q̄ vel ei/ vel enim. ¶ Tunc consule .i.  
 Nec vox iure potest esse aduerbium. vnde sensus est. i. tuum cōsi-  
 lium da qd sit securum z honestum. Vel sunt due dictiones tu te  
 consule .i. consule primo cōscientiam tuā: si vis aliquid facere/ z

ingeris

tuam rationem discernendo et deliberando quid utile sit et honestum vel tunc consule. s. i. preter tuam non aliquid incipies quod non possis perficere vel finire. vnde infra. Quod potes id tempta et  
Meretricem fuge. s. i. accessum meretricis et locum in quo habitat: quia fornicatores et adulteros iudicabit deus. id est in iudicio condemnabit. vnde salomō. Longe fac vias tuas a meretrice. quia dicit hic. Meretrix est profunda cauea. puteus agri. alienorum infideliarum in via. et quasi leo qui cum viderit thaurōs eos interficit. Et alibi dicit hiero. Securus est mulierem non audire. securus non videre: securissimum non tangere. quia inflamat dum auditur. inueniat dum videtur. polluit dum tangitur. dicit ergo longe fac vias tuas a meretrice. primo propter eius immundiciam. quia lues est corporis et anime detrimentus. vnde illud. Balnea cornici quid profunt quid meretricis. Nec meretrix munda nec cornix alba fit vnda. Item longe fac vias tuas a meretrice propter eius cupiditatem. quia pro rebus suis seruit et non amore tui. iuxta illud. Tarda quisquis amat sua non se credat amari. Vel longe. id est propter eius infidelitates. iuxta illud. Non est in speculo res quam speculamur in illo. Sic patet et non est in muliere fides. Et alibi. Nonne vides quod parua fides est in muliere. Crede mihi: si credis et tu decipieris. Et alibi. femina fraus sathane. mala sero. non bona mane. vnde salomon. Fauus distillans labia meretricis. et nitidus oleo guttur eius. nouissima asit eius quasi absinthium sunt amara. Item longe fac et. propter causas quod plurimas. vnde versus In coitu sex damna luo. quia denarium do. Dumoremque bonus pro pro de corpore fundo. Appocopo vitam. studiū cum nomine per do. Offendogque deum triplici: sic sorde redundo. Dicitur autem meretrix a mereo. es. quod est fleo. es. quia dicit ovidius. Ut fletent oculos erudiere suos. Vel dicitur a mersu quod est vinum. et trico cas. Vel dicitur a mereo: mereris. quia precius libidinis meretur. Unde meretrix quasi merens stricte era. vel quia huius opinionem suam meretur quicquid potest tibi rapere. Libros lege sicut exerce studium. Dicit vero libros et non librum. quia vnus liber non sufficit ad instruendum aliquem virtutibus. Liber enim dicitur interior pars corticis. In cortice enim solebant antiquitus scribere ante usum pergamenti. Et inde dicitur liber in quo legitur et addiscitur. Unde versus. Liber id est baccus. vel vir sine compede natus. Estque liber codex. vel raptus ab arbore cortex. Puma. ber. faciunt genitiuo. brius secunda. Unde Isidorus. Qui vult cum deo semper esse. illum decet

6 dicta cordis et operis [precipue] & corpus, qz dignior est, vñ illud  
 At precipue pars hec corpore maius habet scz animus, vnde illud  
 Mentem ad diuina celestem traximus informare: et quasi quibus  
 dam floribus exornare, vnde illud, Infere virtutes decisis sentib⁹  
 orto. Purgato poterit fructificare rose. Et hec est bona. Septo sic  
 quia pagani dubitant de deo: et forte aliquis laicus simplex et sa  
 tuns possz dubitare. Preterea dixit auctor superius [itaqz deo sup  
 plica] et non dixit. Posset filius suus querere, vel aliquis obscere:  
 est ne vn⁹ de⁹ colēd⁹ tantū, vñ plures. Ad hoc respōdet sic auctor et  
 dicit: q tu es certus tam ratione animi & cogitatione scripturaz  
 q vnus solus deus est omnipotens benignus et misericors. prin  
 cipium sine priori et incōmutabilis. Et [si] pro qz hoc est siquides  
 vn⁹ de⁹ sicut ipse ait de seipso. Videte q ego suz deus et non ē de⁹  
 preter me. et [hic] scz vnus deus tantus et talis [sit colendus] .i.  
 venerandus cum gloria predicationis [tibi, t. a te/ non a brutis.  
 [pura mente] .i. pura intentione/discreta humilitate consciencia  
 te peccato non remordente [precipue] & plures dij illum qui est  
 omnipotens [vt animus] .i. vt ratio [et carmina] .i. scripta [dicunt  
 nobis] .i. affirmant et testantur. hec lectura similiter est bona. sed  
 credo q quarta preualet omnibus zc, vnde versus. Lingua pa  
 terna sonat: quod et sapientia donat. Exaudi fili mentisqz reponere  
 cubili. Principio cultum domini tu dilige multam. Qua bene cul  
 tur a fiet: mens crimine pura.

**Plus vigila semper. ne somno dedit esto.**  
**Nā diuturna qes: vicijs alimēta ministrat**

Vigilare est equiuocum ad plura: proprie idem est q non dormi  
 re. Item vigilare dicitur curas adhibere, vnde ait dñs. Vigilabo  
 super populum meum zc. Et hic [plus vigila] similiter item vigi  
 lare est sibi cauere, vnde in euangelio. Vigilate et caute: qz nesci  
 tus qua hora fur veniet dicit dominus. Item vigilare est idem qd  
 laborare. Unde dicitur de peccatore. Ipse ad sepulchra ducetur  
 in congerie mortuorum, et vigilabit, .i. laborabit, dico ergo [plus  
 vigila] & dormias, vel [plus] .i. multum, in bonis operibus [ne  
 esto deditus somno] .i. pigricia vel segnicia, qz homo debet se ex  
 ercere et laborare. Homo enim natus est ad laborandū sicut avis  
 ad volandū, vnde illud. Qui non laborat nō manducet. Ne enī  
 octoso, vnde dicit. Labores manuum tuarum qz manducabis.  
 beatus es: et bene tibi erit. Et tobias. Pane tuo vescens: liber eris

vnde quidam. Hanc tuo ceteris vescere liber eris. Per somnum  
 intellige pigriciam et torporem vicioꝝ: quibus quadam somno  
 lentia sine violentia vincimur et torpemus, per vigiliam vero bona  
 opera intelligimus, vnde beatus seruus ille quem cum venerit do  
 minus inuenerit vigilantem in bonis operibus. Anſe dico vobis  
 super omnia bona sua constitui eum [vigila] inq̃ plus q̃ dormi  
 as [nam quies diuturna] .i. longa et diu durans. ministrat alime  
 ta vicijs] .i. fomenta. longa enim quies facit hominem segnem et  
 pigrum / et ad ea que agenda sunt deficientem / et impotentem. Dici  
 tur autem diuturna a diu aduerbium temporis. Sed diuturna. na  
 num. nomen mobile dicitur a die, vnde dicitur. Parca manus / la  
 bor assiduus designat habere. Larga manus labor insolitus / de  
 signat habere. Ne somno deditus esto] vñs supra. Quis satis est dor  
 mi. Et dicitur deditus a dedo dedis quod est expono. is. et est verbus  
 actiuum [vicijs] apponit fomenta. Nam sicut terra que non colli  
 tur profert herbas vicioſas: ita corpus ociosum vicia generat et  
 quando virtutibus non exercetur. et facilius a vicijs expugnatur  
 vnde dicit hieronimus. Ociose menti maligni spiritus: prauas co  
 gitationes inserunt. et si quiescat ab opere non quiescit a malis  
 dilectione. vel plus vigila] sed in bonis operibus: ne te dyabolus  
 inueniat ociosus. vnde versus. Ne timeas vane de somno surgere  
 mane. Longa quies somni: vicio fit fames in omni.

## **Virtutē primaz esse puto cōpescere linguā Proximus ille deo: qui scit ratione tacere.**

Sic docet autor excellentiam et summam virtutem esse retrahere  
 a garrulitate. Modice enim loqui est summa prudentia / que est pri  
 ma inter quatuor virtutes principales. et describitur sic virtus.  
 Virtus est animi habitus. nature veneratio. morum pietas: cultus  
 diuinitatis. honor hominis: eterne beatitudinis meritum. Aliter  
 virtus describitur a philo. Virtus est bene constitute mentis ha  
 bitus. vel virtus est viuere pro natura. et dicitur [Primam virtutem  
 id est optimam. Primus enim quandoq; dicitur ratione ordinis.  
 velle sedet primus ab abbate vel rege. Primus enim dicitur quā  
 doq; ratione eternitatis: vt ego sum primus et nouissimus. Et quā  
 doq; dicitur peroptimus: vt hic] Virtutem primaz] .i. peroptimā  
 scilicet veram expositionem. lingua sic describitur. Lingua est proprie  
 membrum in ore carneum. formans verbum. discernensq; sermo

nes. Vel lingua idem est q̄ falsa doctrina. vnde ait dñs ad iob de  
 dyabolo. tunc. i. fide ligabis linguam eius. i. falsam doctrinā ei⁹.  
 Vel lingua idem est q̄ similitudo. vnde spirit⁹ sanctus apparuit  
 in diuersis linguis. i. in diuersorum ydiomatū similitudinibus.  
 vnde loquebantur varijs linguis. Vel lingua idem est q̄ pena in  
 flicta pro peccato lingue. Vnde anima diuitis loquebatur ad laz  
 zarum vt refrigeret linguam eius. i. penas. O sibi virtutem primā  
 esse pu. cōpe. linguam. i. per optimā excellentem bonam precipu  
 am ⁊ principalem [compescere] .i. refrenare ⁊ sedare multiloquiū  
 quia in multiloquio non deest peccatum. vnde dauid. Vir linguo  
 sus non dirigetur in terra. Et idem. prohibe linguam tuam a ma  
 lo. ⁊ labia tua ne loquantur dolum. vnde quidam. Qui scit frena  
 re linguas: sensuq; domare. fortior est illo qui frangit viribus  
 vrbes. vel [compescere linguam] q; inimū loqui nocet. vnde. Ossa  
 terit lingua: careat licet ossibus illa. Litis lingua parens: os te  
 rit: osse carens. Et ideo vide quando loqueris: q̄ illud sit bonum  
 ⁊ honestum q̄ dices: ne inde possit damnum euenire. vnde orati⁹  
 Quid de quoq; viro ⁊ cui dicas ipse videto. Punctatoꝝ fugio:  
 nam garrulus idem est. Dec retinent patule cōmissa fideliter au  
 res. Et semel emissum non est reuocabile verbum. vnde illud. Om  
 nis homo/quaecunq; domo/qua sede moratur. Prouideat quādo  
 taceat: vel quando loquatur. [proximus ille deo est] .i. vicinus  
 ⁊ dilectus a deo est [qui scit ratione tacere] .i. s̄p̄ rationem. quasi  
 diceret qui quandoq; scit tacere ⁊ quandoq; loqui. per hoc vidēs  
 q̄ tacere est malum: si necesse sit dicere veritatem ne quis infame  
 tur. vnde dauid. Pone dñe ori meo custodiam. Et salomon. Tem  
 pus est loquendi ⁊ tempus tacendi. quia sicut ostium quandoq;  
 aperitur. ⁊ quandoq; clauditur: ita hominis os debet claudi tem  
 pore. ⁊ ad tempus apertū. vnde ysidorus. Tempore congruo lo  
 quere: ⁊ tempore congruo retine. q; breuem sermonem facit scien  
 tia: multum loqui est stulticia. vnde dicit hieronimus. Silentium  
 est signum sapientie: loquacitas autem signum stulticie. Et taci  
 bus. Ille perfectus est: qui regit linguam suam. vnde quidā. Tē  
 pore multiloquam locus est cōpescere linguā. Si potes: exingue  
 viciose crimina lingue. Alibi. Si cupias pacem: linguā compesce  
 loquacem. Cum ratione sile: dominum si queris adire.

**Sperne repugnando tibi tu cōtrarius esse  
 Conueniet nulli: qui secum desidet ipse.**

In hoc loco catho intruit filium suum ne sit inconstans vel dup-  
 plex quia dicit iacobus. Qui duplex est animo: inconstans est in  
 omnibus vijs suis. homo inconstans dicitur qui modo vult vnū  
 modo aliud: sicut faciunt pueri. sed in pueris non est vitium. **U**  
 inconstans dicitur ille qui modo petit vnum cibum/ & modo aliū  
 sicut gulosi faciunt. **U**el inconstans dicitur ille qui habet vnum  
 in corde/ & aliud in ore: sicut falsi ypocrite. vnde quidam. Quilibet  
 ypocrita/ spectetenus est heremita. **M**ente tamen tacita: latet an-  
 guis habens aconita. **U**el inconstans dicitur ille qui modo dicit  
 vnum modo aliud: sicut garrulosi. & omnis talis inconstantia est  
 vitanda. **U**nde construe sic [Sperne]. i. noli esse [contrarius tibi]  
 id est contra te ipsum [repugnando] vel aliter [sperne repugnans  
 do]. i. intendendo & contradicendo inconstantie mentis tue [esse cō-  
 trarius tibi]. i. ne contradicas sententiae a te prolatae: ita q̄ modo  
 velis aliud: & postea nolis econuerso & supradictis modis. q; cō-  
 uenit nulli [qui] desideret. i. discordat secum. qui enim discordat secū  
 non potest conuenire alijs. q; qui sibi nequā ē: cui bonus est. q. d.  
 nulli. vnde. Qui sibi non parcat: tibi vel mihi quomodo parcat.  
**A**libi. Qui sua divulgat: mea vel tua quō celat. & alibi. In tota  
 vita/ discors tibi vivere vita. Nulli se iungit/ sua quam discordia  
 pungit [sperne] & c.

**Si vitā inspicias hominū: si deniq; mores  
 Lū culpes alios: nemo sine crimine viuūt.**

Istud preceptum precipue pertinet ad prelatos qui aliorum  
 extirpant vicia: licet sint penitus viciosi. & alios condemnant in  
 ventilibus vicijs: licet ipsi sint in mortalibus et etiam inuolu-  
 ti. vnde salomon. **M**aledictus qui vidit festucam in oculo alteri-  
 us/ vel in oculo fratris sui: in suo autem trabem non videt. vnde  
 in auroza. **T**ollere festucam si vis de fratris oculo. **Q**ue pri<sup>o</sup> ex-  
 turbat lumina tolle trabem. & alibi. Qui vult alterius oculorum  
 tergere labem. **D**e proprijs cicius eruat ante trabem. vnde dicit.  
 [Si inspicias]. i. in scripturis diligenter. & dicit notabiliter in ipsi-  
 cias. i. intus in animo tuo [vitam hominum]. i. vitam humanam:  
 et [si inspicias deniq;]. i. ad vltimum [mores hominum]. i. huma-  
 nas actiones & qualitates [cum culpes alios]. i. reprehendas de  
 peccatis [nemo sine crimine viuūt]. i. saltes sine crimine veniali. q. d.  
 hoc scias q̄ nemo viuūt sine crimine. nec etiam in fans vnus diei  
 cuius vita est super terram. habet enim originale peccatum ꝑc̄c̄ito



4 huius cum det tibi pauper amicus zel. et sic est sensus quere pauca  
 tit conuulso. i. si sis inuitatus ad paruū prandiuꝝ modico sis  
 contentus. qz vt dicit salomon. Melius est vocari ad elemosinam  
 cum gaudio: q̄ ad vitulum saginatum cum odio. Et alibi dicit sa  
 lomon. Melior est buccella sicca cum gaudio sumpta: q̄ domus  
 plena victims cum iurgio zel. ¶ Parentes patienter vince. i. pa  
 trem z matrem si sint irati contra te: qz eis sustinendum est. Nam  
 vidua est virtus: quā non patientia firmat. Et alibi. Virtutes ani  
 mi patientia dirigit omnes. vnde infra. Verbera cum tuleris zel.  
 vnde alibi. Nobile vincēdi genus est patientia virtus zel. vel pa  
 rentes. i. obedētes tibi. q. d. sis benignior erga humiles: q̄ erga  
 rebelles. vnde in alexandro. Non minus est postq̄ cepit miserabi  
 lis esse. parcere cum franco: q̄ frangere posse rebellem. ¶ Beneficij  
 accepti memor esto. ¶ Ne dicaris ingratus. gratitudinem enim des  
 cet obseruare: z habere in memoriam qđ datum est tibi. z retribu  
 enduꝝ in tempore oportuno. qz de ingrato dicitur illud opprobri  
 um. Istus aro. lateremqz lauo: dum seruo prauo. vnde seneca.  
 Beneficij accepti ne obliuiscaris. qz munera sumpta ligant. ¶ Mi  
 nime iudica. i. raro. vel minime pro non. i. noli iudicare: id est  
 quasi inuitus iudica. Et si ita acciderit q̄ iudices iudica equum:  
 ne iudicaris a deo. quia scriptum est. Quo iudicio iudicaueritis:  
 iudicabimini. vel minime iudica. i. non aliquem condemna. Judi  
 care enim ponitur pro condemnare. Unde nolite iudicare: z non  
 iudicabimini. Qui enim iudicat dñs ē. ¶ Illud stude agere qđ iustus  
 est. i. non aliud vt in ieiunijs: z bonis operibus. Et nota q̄ nūq̄  
 sine elemosinis perfectum est ieiunium. Sed cum fit cum elemosi  
 nis z orationibus: tunc transit ad celum: z ad curas dei peruenit  
 Item ieiunia sunt forma tela aduersus luxurias carnis. Caro enim  
 per abstinentiam vincitur. vnde illud. Luxuriat raro: non bene  
 pasta caro. vel stude zel. i. qđ iuri consonum est z honestum. s.  
 dilectionem dei z proximi conseruare: z in hoc stude z fige cor tuū  
 z voluntatem tuam firma. z sic opus tuū expende. qz in his duo  
 bus vt testatur veritas euangelica: tota lex pendet. z ita docet su  
 gere omnem iniuriam. z veritati z iusticie adherere. Illud idēz per  
 mandatum subsequens confirmatur: qđ est tale. Libenter amo  
 rem ferto. erga deum z proximum/amicum z etiam inimicum. vñ  
 in euangelio dicitur. Diligite inimicos vestros. Cū paulus. vita  
 est amor: ergo mors est odium. vnde Libenter amores ferto. i. libē  
 ti animo/ ex affectu cordis: z in caritate non ficta: ama illum a qđ  
 amaris. Quia dicit beatus augustinus. Qui amat rem non ama

tam: seipsum et amorem suum perdit. vel sic [fero] id est patere  
 [libenter] id est libenti animo [amorem] id est si in amore sit  
 alicuius qui placet tibi: illum patere. Juxta illud. Si quis amat/  
 quod amare iuvat: feliciter ardet. Saudeat et vento/ nauiget ille  
 suo.

**S** i de<sup>9</sup> ē anim<sup>9</sup> nobis vt carnūna dicūt  
 Hic tibi p̄cipue sit pura mēte colēd<sup>9</sup>

finita parte prohibenti in qua auctor tetigit causā incepti operis  
 et huius libri materiam sub breuiloquio profance compilauit: hic  
 aggreditur auctor partem executiuam/vel tractatum quod idem ē  
 In quo eandem materiam quam promissu profance: exequitur sibi  
 lo metrico. et propter utilitatem/delectationem/et ornatum: vt cō  
 mendetur memone firmior. Possumus ergo subtiliter intueri q̄  
 auctor iste poetarum bene scribentium sequens vestigia: tria facit  
 proponit vbi dicit [Cum aminduerem] Inuocat vbi dicit [Nūc  
 te fili carissime] Narrat vbi dicit [si deus est animus] Sed ad  
 maiorem rei euidentiā preponendum est q̄ philosophia diuidit̄  
 tur in tres partes. s. physicam/logicā/et ethicā. In physica dis  
 putatur de rerū natura. nam physica grece natura latine: inde phi  
 sica quasi sciencia naturalis. In logica de speciali creatura. quia  
 logica sciencia naturalis dicitur. In ethica vero tractatur de vir  
 tutibus/et moribus animi: que animam deo copulant: et temporā  
 lem vitam cuiuslibet hominis ordinant/et adōant. Iam autem  
 moralitatem sequitur auctor iste in hoc tractatu. qui diuiditur in  
 quatuor distinctiones/que ibi incipiunt satis patet. et quilibet di  
 stinctio per distigia dislinguitur. quia in duobus versibus semper  
 vna sententia vel vnum mandatum ethicum copulatur. Distigū  
 enī dicitur a dya q̄ est duo: et stigos q̄ est versus: quasi per du  
 os versus distinctum: quia quod in primo versu ponit. in secūdo  
 certificat et explanat. Dic ergo incipit prima distinctio in eundē pri  
 ma distinctio tractat auctor de cultu diuino inuitans filijs suis  
 et omnes alios ad diuinum cultum: nec in merito. Quia deus sors  
 est siue principium omnium bonorum. in quo/et a quo/ et per que  
 omnia bona: et sine quo: nullum bonum. Ideo hanc primam ethi  
 cam: ad honorem suū principis et ad instructiōem omnium pō  
 nit. concordans cum theologicis scripturis que ad salutem perti  
 nent et de moribus instruunt. s. cum moysē in decalogo. vbi dat

primum mandatum de cultu diuino dicens. Diliges deum tuum  
 ex toto corde tuo et ex tota anima tua etc]. Concordans inq[ue] est da  
 uid in psalterio: qui dicit. Incitum sapientie timor domini. Luz be  
 ato bernardo vbi dicit. Unum magistrum habemus in celis: que  
 semel vidisse totum est didicisse. Et cum salomone concordat etia[m]  
 in proverbijs qui dicit circa principium. Timor domini est prin  
 cipium sapientie etc]. Sicut enim salomon fuit sapiens: ita catho  
 sapiens fuisse dicitur. Catho enim grece: latine sapiens dicitur v[el]  
 callidus. quia catho ille fuit sapiens et ingeniosus. dicit ergo sic.  
 [ Si deus est animus etc]. ] Dic incipit liber primus cathonis:  
 bene dicit primus. quia sequitur secundus. Sunt enim quatuor  
 libelli. Et nota q[uod] hec dictio animus plura significat. Unde in  
 equiuocis versus. Est animus ratio. sapientia. vita. voluntas. Sit  
 virtus anima. spes dispositio cura. Impetus. ingeniu[m]. proponit  
 consulit audet. Cogitat excusat. preconcepit esse futura. redde sine  
 gula singulis. Dicit ergo] Si deus est animus] tibi versus. multis  
 modis possunt legi. Et primo sic s[ecundu]m antiquos. Qui vnum deum  
 ignorant[es]/sapientem hominem videntes in maximam reueren  
 tiam animam suam in sciencia et virtutibus ornatam pro deo ha  
 bebant. in hac lege sic] Si animus tuus est deus. ] vt  
 pro sicut. sicut] carmina. id est scriptura poetica] dicunt. id est tra  
 dunt. Juuenalis supple et lucani et alioru[m]. Unde iuuenalis. Nul  
 lum numen obest si sit prudentia tecu[m]. Lucanus. Nullum iumē  
 adest si sit prudentia longe] hic ergo. id est animus tuus] sit co  
 lendus. ] id est orandus virtutibus et sciencijs] tibi. id est a te  
 pura mente. id est tota intentione. precipue. id est pre omnib[us] alijs  
 vt habeatur a te pro deo. et vt ab alijs honoreris. Secundo et h[ic]  
 ce sic: et forte melius: et legitur si pro quia. et ponitur causatiue  
 et non dubitatie sic. Si pro quia. quia. animus. id est sapientia  
 patris est deus. id est filius dei. vt carmina. sanctorum. dicunt no  
 bis. Et nota q[uod] sicut dicunt theologi pater dicitur potentia fis  
 lii. filius sapientia patris. spiritus sanctus vero bonitas et sa  
 pientia vel potentia. et gratia viri[us]q[ue]. vnde. hic animus. id est  
 hec sapientia scilicet filius dei. sit colendus. id est amandus et  
 honorandus. tibi. id est a te. pura mente. id est pura mentis in  
 tentione et deuotione. precipue. id est pre alijs omnibus rebus.  
 Sed hec lectura est potius ethica q[uam] gram[m]atica. v[el] moralis. Ideo  
 lege sic et forte melius. Si. pro quia. deus. id est pater et filius  
 et spirit[us] sanctus. in quibus vna est diuinitas equalis gloria etc].  
 Est colendus pura mente vt carmina dicunt] hic aduerbialiter

ponitur. s. in deo colendo sit animus. i. tota intentio tua [precipue  
id est potius in deo colendo q̄ in aliqua re. Quarto sic et forte me  
lius] si deus est [vel si pro quia. quia deus est cuius esse est eter  
num immutabile et permanens. vnde dauid. Ip̄si peribūt tu autē  
domine permanes et omnes sicut vestimentum veterescunt. Et ses  
quitur in alio versu. Tu autē idē ipse es et anni tui nō deficiēt. i.  
eternitas tua est indeficiens et impermutabilia] vt. pro sicut [ani  
mus. i. ratio animi et intellectus] dicit. i. sentire facit et scire] nobis  
non brutis. sed nobis in quibus ratio viget. et] vt. pro sicut. sicut  
[carmina] philosophorū et sacre scripture et omnes alij libri in quibus  
fit mentio de deo] dicunt. t. asserunt et declarant nobis] hic. i.  
deus qui ubiq; intellectualiter demonstratur per omnem diuini  
tatis sententiam et potentiam. et hoc pronomen hic est deriuatiuū  
ad intellectum] sit colendus. i. amandus et venerandus] tibi. i. a te  
[pura mente. i. pura et recta intentione et sine simulatione. qđ facti  
unt ypocrite de quibus dicitur. Amen dico vobis: receperūt mer  
cedem suam. Item. pura mente. i. mente non maculata et conscienci  
cia non rempoderente de peccato. Quia dicit onidius. Non bene ce  
lestes impia dextera colit. Et alibi. secundat ab aris. et dedit extre  
ma gaudia nocte venus] precipue] q̄ alta creatura] animus et car.]  
dicit. quia philosophi de natura omnium rerum terrestriū nature  
precepta pro suorum industria animorum: animi rationem supra  
lunarem globum superius exigebant: vt naturam rerum sup ce  
lestium inuestigarent. quarū rerum natura sub tali inquisitione  
comprehensa: vnam causam casualissimam a qua omnes creatu  
re sunt create et habent suum esse. suum sentire. suū vegetari et su  
um ratiocinari de necessitate probabant. s. deum illum quem inuo  
cabant suum creatorem siue causam casualissimam omnium rerū  
Et ideo dicit] animus et carnis] Item nota q̄ esse proprie conue  
nit deo et deesse peccatori. Unde esse dicuntur que sine intentione  
creantur: nec retractione minuuntur: nec veritate permutantur: sed  
seipsa custodiunt. Et ideo bene dicit deus est et]. Et describitur vt  
dicit bernardus sic. Deus est spera in circumscripibilis cuius cen  
trum est ubiq; circumferentia vero nusq;. Et dicitur per epithimolo  
giam. deus quasi dans eternam vitam solus. vel suis. et credo q̄  
hec lectura vltima sit optima: et omnibus alijs preferēda. Quinto  
sic] Si animus noster] vel si pro quia. q̄] deus est] i. diuinus. i. a  
deo habet originem: vt carmina dicunt. Dicunt enim philosophi  
q̄ corpus ex quatuor elementis contraximus: animā vero a deo.  
] hic. i. animus sic] tibi colendus. i. a te] pura mente. i. cum minus

nascitur. vnde dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum  
 z in peccatis concepit me mater mea. quia multiplex est laqueus  
 dyaboli: ideo miser homo cadit multipliciter in peccatū. Laqueus  
 dyaboli est proprie laqueus quo aliquis ligatur/delectatione car  
 nis. vnde dauid. Laqurus contritus est/z nos liberati sumus. Et  
 laqueus est doctrina hereticorum. vnde dauid. Pluet super pecca  
 tores laqueos/ignis sulphur zc]. Et laqueus idem est qđ fraud:  
 vnde dauid. Narrauerunt vt absconderent laqueos. i. fraudes. et  
 laqueus idem est qđ affectus terrenorum. vnde similiter dauid.  
 In laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum  
 zc]. Et ideo cum tot sint laquei bene potest dicere [ nemo sine cri  
 mine uiuit [quia quis ingreditur sine macula/ z operetur iusticiā  
 certe nullus. Unde versus. Quāuis cuncta notes que lustrant  
 regna bootes. Vix reperire potes sine labe notes zc].

**Que nocitura tenes: quous sint cara relinq  
 Utilitas opibus preponi tempore debet.**

Sicut seruientem nequā/qui non recipit correptionem. vel filiū  
 prodigum et luxuriosum indiscipulabilem. relinque consortium  
 prauū hominis: licet sit amicus tuus/vel de parentela. z super om  
 nia diuitias huius mundi que nocent anime. quia dicitur in etiā  
 gelio. Sicut impossibile est intrare cameluz per foramen acus: ita  
 impossibile est diuitem intrare in regnum celorum. vnde quidam  
 posse foramen acus citius transire camelum credo qđ valeat ho  
 mo diues scandere celum. Vel postpone delicias carnis quas  
 licet habeas pro caris: tamen nocent anime. Unde abstinete vos  
 a carnalibus desiderijs zc]. Et in euangelio. Si oculus tuus scan  
 dalizat te: proiec euz/z erue a te. q. d. relinque diuitias que nō pro  
 sunt in die uitronis. et in hoc loco oculus pro qualibet re cara ac  
 cipitur que nocere potest. z bene dicit [ relinque nocitura quāuis  
 sint cara [q] vtilitas zc]. Et notanduz qđ duplex est vtilitas. scilicet  
 me z corporis. vnde [vtilitas anime supple] preponi debet opibz  
 scilicet vtilitati corporis. quia caro concupiscit aduersus spirituz  
 id est corpus aduersus animam z conuerso. vnde matheus. Ne  
 mo potest domus seruire duobus. s. deo z māmone. et alibi. Vix  
 placet ambobus: qui vult seruire duobus. vnde salomon. Meli  
 est parum cum caritate: qđ multos fructus euz iniquitate. vñ qui  
 dam. Dic bene se ditat: qui semper noxia vitat. Sic bene te dices  
 vt semper noxia vitas. Nec sit ad optimum qđ noueris esse noci  
 uum. Omne licet carum tibi qđ fore debet amaruz. Ecce nec retine

c .j.

ne sit tibi causa ruine etc]. [utilitas opib⁹ etc]. [Opis opem ab ope  
denotat auxilium in singulari. In plurali vero diuicias vñ. Que  
rit pauper opem: querit auarus opes. Tamen aliter apud oratiuū  
Imploreat opēs hominis. i. auxilia. Ops opis est mater terre sꝫ  
auctores. Opus opuntis est quoddam castrum. Ouidius. Patros  
clus opunta reliquit. Opus indeclinabile idem est q̄ necesse. Vñ  
opus est vt modis omnibus facias illud. vel quandoq; opus de  
clinatur: tunc notat operationes sꝫ q̄ dicitur actualitur. iste fa  
cit opus bonum: quandoq; illud q̄ venit ex operatione. vñ iob.  
Operi manuum tuarū porrige dexteram. i. homini qui prouenit  
ex operatione dei. Et alibi. et opera manuum tuarum sunt celi. Et  
idem est q̄ genus operis. vnde in genesis dicitur de domino. Et  
requirit ab omni opere q̄ patrarat etc]. i. ab omni genere operi].

### **Constans ⁊ lenis: vt res ex postulat esto. Temporib⁹ mores sapiēs sine crimine mutat**

In hoc distigio inuitat nos auctor ad fortitudines que est in pro  
speritate ⁊ in aduersitate eundem vultum habere. s. in prosperita  
te non elatum: in aduersitate non depresso. i. in prosperitate non  
nimis eleuari. ⁊ in aduersitate non nimis deprimi. Dicit ergo sic.  
esto constans in aduersitate ne nimis deprimaris. quia constātia  
est stabilitas animi fama. et in proposito perseverans. [lenis] in  
prosperitate. ne nimis sis superbus ⁊ arrogans. vel [constans] in  
iudicio. vel iudicando. lenis in paciēdo iudicium. vel inimicis  
parcendo. vel reis ⁊ malis compatiendo. Et hoc satis designatur  
in sacra pagina per leones ⁊ boues. qui depicti erant supra in tē  
plo salomonis. q; nunq̄ erat ibi leo sicut boue. nec bos sine leone  
q̄ signat q̄ homo debet esse lenis sicut bos: et seuerus sicut leo.  
quia per leonem designatur seueritas. per bouem lenitas ⁊ man  
suetudo. Et hoc precipue interest ad prelatos. quia debēt esse mā  
sueti ⁊ lenes erga pacificos sibi subditos ⁊ bene disciplinabiles.  
Et debent esse seueri erga incorrigibiles: vt apparet in baculo pa  
storali. qui est acinus a parte inferiori: in signum correptionis er  
ga rebelles. qui debent subpeditari. et curuus desuper in signum  
humilitatis erga obedientes ⁊ benignos. [vt res ex postulat] poss  
aliquis dicere. in dēcis sis constans aliquando. aliquando lenis  
⁊ hoc est vicium mobilitatis animi. ad hoc respondet. vt res [id ē  
ret vel temporis exigentia] ex postulat. vel res. i. utilitas et q̄ hoc  
possis facere siue victo ostendit dicens. [sapiens mutat]. i. mores

zel. vnde versus. Quilibet etatem vri decet ad probitates. Prospero diura pati proprie proprium probitati. et alibi. Lenis et asper erit sapiens: vt res sua querit. Et moys vertet: sic q̄ nil crimine perdet.

**Nil temere vxori de seruis crede querenti.  
Sepe eteniz mulier que coiux diligit odit.**

Vic docet catho filium suum z quemlibet ne credat semp vxori sue familiam accusanti. quia mulier odit sepe seruos mariti sui z accusat sine causa propter duo. primo si seruus sit fidelis et ip sa sit dissipatrix. secundo si ipsa sit adufera z ipse sit castus z fidelis domino suo et tunc imponit seruo falsa crimina et facit in domo sicut voluit vxor pharaoms que ioseph imerito accusauit. dicit enim scriptura. si sit seruus tibi fidelis: sit quasi anima tua. vnde dicit quidam sapiens de modo mulierum. Dec autem possumus scire que de superbia mulierum z auida laudis electione sentim<sup>9</sup>. Mulier quanto est infirmitate exterius z nature fragilitate interi us: semper aspirat malignis artibus. Mulier ne inueniatur quia lis sit: tota foras effunditur. z in aliena vita z iudicium detractoria loquacitate degressura. vnde. Sic volo: sic iubeo: sit pro ratio ne voluntas. verba sut mulieris accusantis seruos mariti sui. femina vult sudare seruos didicimqz iubeto. Ve tibi femineo quis quis es apte iugo. vnde Nil temere vxori temere. i. presumptuo se fatue vel stulte. sine causa. Unde hec temeritas. id est fatuitas. Et temerarius. a. um. i. fatuus. Item a temere dicitur hoc temeruz id est forte vinum. quia sepe facit hominem temere agere. Vel dicitur temetum quasi tenens mentem. vnde quidam. Diligimus temetum: quia reddit cor inquietum. Atqz facit letum quemqz frugat metum zel. Sepe etenim mulier zel. Mulier enim sic deseri bitur a secundo philosopho. Mulier est hominis confusio. insaturabilis bestia. continua sollicitudo. in deficientis pugna. quotidiana damnum. domus tempestatis. impedimentum viri. z continenti naufragium. vas adulteri. periculosum prelium. animal pessimum. grauissimuz pondus. aspis insauabilis. humani mancipium in pugna. Dicitur enim mulier quasi mulcens herum. s<sup>9</sup> hoc corripit hanc fillabam. e. in obliquis sicut corripitur in hoc nomine herus. vnde quidam. Basiat armigerum femina propter herum. atqz versus. Nil temere credas vxori sepe querelas. nanqz dolos nouit: et quem tu diligis odit.

**Lūq; mones aliquē: nec sevelit ip̄e moneri  
Si tibi sit carus: noli desistere ceptis.**

Aliud est preceptum. s. vt cum videamus aliquem amicum nostrū a vta veritatis deniare /z castigare cepimus: z se castigare noluerit: non ideo minus debemus castigare ipsum /sino semper in castigacionibus perseverare z instare. quia assidua correptione castigabitur: z sapiens efficietur. vnde. Sutta cauat lapidem /non vi: sed sepe cadendo. Et alibi. Consumitur anulus vsu. Unde illos quos amo castigo /z arguo: dicit dominus. vnde salomon. Multo ra sunt amici verbera diligentis: q̄ fraudulenta oscula blandientis. Idem. Corrige stultum: z habebis ipsius inimicum. Item si mones carum /quis sibi fiat amarum. Non tamen obstitēs /quin obba monendo ministros. vel **Lūq; mones** .i. corrigis /et castigas aliquem peccantem vel delinquentem / nec se velit ipse moneri / id est castigari. noli desistere ceptis.

**Contra verbosos noli contendere verbis  
Sermo datur cūctis: animi sapiētia pauc̄**

[Contra verbosos etc]. .i. noli stultis z garrulis respondere: ne eis similis efficiaris. sed postq̄ stulticia z garrulitas exierit: respōde eis: vt eisdem sua insipientia z stultiloquium patefiat. vnde salomon. Non or̄ est hominis sapientis: qui separat se a contentiosis /nibus garrulorum. Idem. Noli respondere stulto iuxta stulticiaz suam: sed ostende ei vt se stulie locutum fuisse agnoscat. [Sermo datur cunctis: animi sapientia paucis] quia non omnes loquētes sunt sapientes. Unde illud. Laudo q̄ vites: fili carissime lites. Multi sermonem retinent sed pauci rationes. Et ecce quare. quia [sermo datur] vnde salomon. Multi sermonem retinent: sed pauci animi rationem. i. benefac alijs ne sis anime tue inimicus. vnt̄ socrates. Sic alienum age negotium /ne tuuz obliuiscaris. z sic benefac quibusdā z nō omnib⁹ ne damnū vel paupertas te sequatur.

**Dilige sic alios: vt sis tibi carus amicus.  
Sic bon⁹ esto boi: ne te mala dāna sequūt**

Aliud preceptum est. s. ne aliquem amicum: vt pro ipso periculū anime v̄l corporis incurram⁹. Et in mādato hoc inmisit q̄ debem⁹ diligere proximū. Quia in dilectione dei z proximi tota lex p̄dēt:



et prophete. Quia dicit Iſidorus. Ex toto corde non diligit deus  
 qui hominem odit. Preterea ſecūdu est in lege. Dilige proximum  
 tuum ſicut teipſum. Sed quia quidam ſunt qui neſcientes modū  
 rebus imponere. ex aliorum dilectione: damna ⁊ periculuz anime  
 conſequitur. vt pater ⁊ filius: ideo ponit moderantiam cuꝝ dicit  
 [Sic bonus ⁊c]. Quasi diceret non vltra modum dilige. Diligere  
 vero eſt motum caritatis in aliquem dirigere. Unde dilige dñm  
 deum tuum ⁊c]. Diligere eſt bonum optare. Unde dilige proximi  
 tuum ſicut teipſum. i. ad hoc quantum teipſum ſcꝝ ad vitam eter  
 nam. Si enim maius bonū velles proximo tuo ꝥ tibi. eſſet magna  
 ſtulticia. Si minus inuidia. Sed primo diligendus eſt deus. ſecū  
 do propria anima. tertio anima proximi tui. quarto propius corꝝ  
 pus. Et hec eſt caritas ordmata. Et ita diligimus vere: ſi vnicuiꝝ  
 qđ ſuum eſt impendimus. Primo debemus deo religionem. Secū  
 do parentibus ⁊ cognatis caritatem. Tertio maioribus reueren  
 tiam. Quarto paribus auxiliū. Quinto minoribus doctrinam.  
 Sexto cuiſlibet concordiam. Septimo extraneis amicitias. Octauo  
 egris compacientiam. vnde Iſidorus. Amico tuo ita ſis bonus  
 vt non noceas tibi. Item benefac alijs: ne ſis tibi inimicus. vel  
 [Sic bonus eſto bonis ne tibi mala damna ſequantur]. ſcorꝝ  
 quali diceret noli ita prodige amicis diſtribuere vt poſtea omni  
 bus elapſis compellaris mendicare. quia dicit ſalomon. Melius  
 eſt vt te reſpiciant filij tui ꝥ te reſpicere in manibus ſitorū. vnde  
 ſocrates. Alienum ſic age negotium vt te non obliuiſcaris. Cum ſa  
 pias ⁊c]. Eſto bonus caris ſic: ne tua damna ſequaris. Cum ſa  
 pias iuſte. tu nullum dilige plus te. Alibi. Qui meliora videt. ⁊ de  
 teriora ſibi det. Vltio dignam dei. lumina tollat ei. et abbi. Proſu  
 ce ſic alijs vt tibi carus: ⁊ ipſis ⁊c].

**Rumores fugere incipias nou⁹ auctoz hñi  
 Nam nulli tacuiſſe nocet. nocet eſſe locutū.**

[Rumores fuge ⁊c]. i. rumorū inueſtigaciones. vel nouas in  
 uentiones ⁊ ficias. Quia rumor eſt ſermo ambiguus ab incerto  
 auctore procreatus. cui malignitas fecit inicitium. fides autē adhi  
 buit incrementum. Vel rumor eſt ſermo hominis in ore duplicat⁹  
 vnde Iſidorus. Sermo vanus. mentis vane. iudexqꝝ vane cōſcꝝ  
 encie eſt. Quia qualis ſermo oſtenditur: talis ⁊ animus approba  
 tur ⁊c]. [ne incipias nouus auctoz haberi]. i. mendactorū augmē  
 tator. Et dicitur auctoz ab augeo. eſ. et ſcribitur per. v. ⁊. c. id eſt

nugigerulus. qz nugigeruli de magnis matora loquuntur. vnde  
oratius. Quid de quoqz viro z cui dicas ipse videto. Tu cuncta  
tozem fugito: nāz garrulus idem zc. vel | nouus auctor | .i. rumo  
rum inuentor. qz auctores vocamus artium inuentores, et dicit  
[Rumo. fuge] z non immerito [nam] pro qz nocent nulli | .i. non  
nocet alicui tacuisse vsqz ad tempus aptum | z nocent esse locutū  
quasi diceret plures sunt quibus nocet suus loqui vel sua garru  
litas: nulli vero nocet sua taciturnitas. vnde salomon. Sciens. i.  
sapiens tacebit vsqz ad tempus. La sciū<sup>9</sup> ho z imprudēs nō obser  
uat ipus. vii. Odibilis ē deo qui procar est ad loquendum. qz vir  
linguosus non dirigitur in terra. dicit dauid. et virus in multū ma  
la capiēt i interitu. Preterea nocet corpori. qz ossa terit lingua zc |  
vide supra | virtutem primam | Alii. Gracia magnatum ne scit ha  
bere statum. Alij versus. Effuge rumores: simul z nouitatis amo  
res. Nam stolidus meret q nō tacuisse noceret.

**Rem tibi promissaz certā promittere noli**  
**Rara fides ideo: qz multi multa loquūtur**

Primo construe sic | noli promittere | alij | rem certam | .i. certe do  
nec inuenias vel habeas eam. Rem dico tibi promissam ab aliq<sup>o</sup>  
Ille enim qui tibi promissit: potest te decipere / z ita potest falli ille  
cui promissit: z poteris mendax z garrulus reputari. qz dixit qui  
dam. Letificat multum grandis promissio stultum. vel | rem | id ē  
spem. z debet sic legi | noli promittere certam spem | .i. rem de qua  
credis habere certam spem vel certam rem speratam. Et loquitur  
ēmphtice | promissam tibi | ab aliquo | vel spem promissam | .id ē  
spem rei promisse certum noli expectare quasi certam z quasi cer  
te habendam. quia | rara fides | .i. parua credulitas est in promissi  
one. i. paucis creditur: quare | quia multi multa loquuntur | .i. pro  
mittunt multa de quibus nulla aut parua persolunt vel persol  
uere non possunt: vel etiam si possent nolunt. qz fallacias faciunt  
ne alijs credatur. Salomon. Mendaces faciunt / vt vera dicenti  
bus non credatur. vnde iacobus. fides sine operibus mortua est  
sicut corpus sine spiritu mortuum est. vnde versus. Rem tibi pro  
missam: nulli promiseris ipsam. Perdit nāqz fidem: sic multa lo  
cutio pūdem.

**Cū te quis laudat: iudex tuus esse memēto**  
**Plus alijs de te q̄ tu tibi credere noli.**

In hoc loco docet nos autor ne superbiamus propter mundam  
 nam gloriam: cum sit vana umbratica et transitoria dicens [Cum  
 te aliquis laudat] .i. glorificat et exaltat per laudes in presētia tua  
 [memento esse tuus iudex] .i. redi ad conscientiam tuam: et ad tempus  
 sum. iuueſtiga in corde tuo et considera si sis dignus illa laude vel  
 talis quā ab aliis probaris. si es dignus: humilia te. si nō corrige  
 te et emenda. Quia laudare est proprie aliquē pro magno facto com-  
 mendare. Vel laudare idem est quod glorificare. vnde in psal. Lau-  
 date pueri dominum. .i. glorificate. vel boni laudant non seipsos.  
 sed alios virtute honestatis. Mali laudant se: et non alios: vicio  
 inhonestatis. Mali similiter quandoque laudant homines vicio  
 duplicatis. scilicet spe lucri temporalis et adulationis. vt ioculatores  
 et garruli et a talibus cauendum est. quia fistula dulce est. vñ quis-  
 dam cum laudaretur a quodam adulateore ait: noli vtrāque partē  
 fallere scilicet te qui, falso me laudas et me cui adularis. vnde sub-  
 iungit [Noli credere plus alijs de te. i. de statu tuo] et tu ipse. qui  
 conscius es tibi. Et quod laus adulatores sit spernenda ostendit hie  
 romimus dicens. Qui dedit hoc hodie: cras si volet auferet illud  
 id est laudem falsam. vnde seneca. bonum est non laudari sed esse  
 laudabilem. Si quis te laudat: nūquam te gloria fallat. Plus lauda-  
 torum: quam tu tibi credere noli.

### Officiū alterius: multis narrare memēto Atque alijs cum tu benefeceris: ipse sileto.

In hoc loco repetit autor quod superius dixerat. Mntum dicitur  
 vnde dicitur [memento narrare multis] .i. alijs debes manifestare.  
 Officiū alterius] .i. beneficium donum vel seruicium tibi ab ali  
 quo impensum. nec accepti beneficii obliuiscaris. vel sis immemor  
 et illi impetres beneficiū et fauorem quasi diceret beneficii accepti  
 memor esto [Atque alijs etc.] quia omnis laus in ore proprio son-  
 descit. vnde dicitur est. Si detur elemosina a manu dextra: igno-  
 ret sinistra. et fidus. De bonis factis nō extollaris. et de bono  
 opere non gloriaris. vnde gregorius. Per hec que gerimus. laudes  
 exterius non queramus. Et alibi. Non extolle te a bono opere fa-  
 ciendo. Vnde salomon. Non laudet te os tuum: sed alienum. et  
 cum facias elemosinam noli publicare. Item dicitur. qui se collau-  
 dat: stercore coronabitur etc. Alterius factum / sit verbis ampli-  
 orum. Sed refras nulli: cum benefeceris vlli.

**Abulox cum facta senex/z dicta recenses  
Fac tibi succurrant: iuuenis que fecerit ipse**

Construe sic | cum tu senex | .i. existens in senili etate. Senex enim dicitur per etimologiam: quasi se nesciens /z turbatus est. vlt̄ dicitur a senos qđ est sensus. Senex dicitur ille qui vixit per multos annos vel senex idem est qđ fatuus. vnde maledictus senex elementari⁹. et senex idem est qđ sapiens. vnde dauid. Iuuenes z virgines / senes cum iunioribus laudant nomen domini | recenses | .i. iudicas cōmemoras /z narras. solent enim senes facta fortia viciorū z ea que in iuuentute sua gesserant narrare | fac | .i. labora zc | .q. d. labora in iuuentute tua: vt habeas egregiam famam in senectute. z qđ alij referant vel tu ipse tuas referas probitates. vel sic | cum senex recenses | .i. iudicas culpas: et vicuperas aliquem iuuenem propter turpia facta vel dicta que facit in iuuetute | fac vt succurrant | .i. subueniant z ad memoriam deducas que tu fecisti existēs iuuenis: dicens contra te feci tale vitium z tale dum eras iuuenis ¶ ideo non debeo ita acriter condemnare. vel aliter | cum tu senex recenses fac | z dic multis qui extolluntur z ditantur per probitates. fac .i. labora ea | succurrant. .i. ipsa ferant | que tpe iuuenis feceris | Et est methaphora tracta a formica que laborat in estate: vt possit cessare in hyeme. Per estatem intelligitur seruos iuuentutis per hyemem vero fragilitas senectutis. vnde versus. Exemplum nobis prebet formica laboris. Transferum solitum: cōtingit ore cibum. Cum multos actus: referat facunda senectus. Seria fac iuuenis: que narret vita senilis.

**Ne cures si quis tacito sermone loquatur.  
Consciis ipse sibi: de se putat omnia dici.**

Dic docet autor non esse curandum si aliqui loquuntur latāter ad inuicem. quia si viderent vultum tuum moueri z erubescere: d̄ aliquo habebunt te suspectus propter ruborem. iuxta illud ouidij O qđ difficile est crimē non perdere vultu. Et alibi. Vultu talis eris / qualia mente geris. Ita docet nos ne ad consiliū accedam⁹ nisi vocati simus. iuxta illud. Ante qđ voceris ad consiliū zc | . vnde dicit | Ne cures | Curare quandoq; dicitur curam et sollicitudinem habere. vnde noli curare de crastina die. quandoq; pro sanare. vnde medicus curat egrum. .i. sanat. vel curare idem est qđ purgare. vel curare idem est qđ familiā pascere. vnde habui

mus supra. familiam cura. i. pascere. unde [ne cures. i. ne sis curiosus vel sollicitus: vel ne oporteat te curare] si quis loquatur tanto sermone [qz sic daret suspicionem te esse malum conscientem] unde illud. Qui loquentes a seculat: de se aliquid suspicatur. vnde sequitur [Conscius ipse sibi etc]. I. i. qui est conscius alicuius erit minus: z qui habet malam conscientiam. qz conscius in mala significatione accipitur. Seneca. Nūq̄ securus est animus reus. Alij dicunt q̄ iste nominatus conscius non regitur: sed ponitur absolute: vt locum habet sequens relatio. vnde

**Cum fueris felix que sunt aduersa cauetō**

**Nō eodē cursu respondēt vltima primis**

Dic docet nos auctor vt cum felices fuerimus: caueamus ne per infortunium culpam nostram / paupertatem z miseriāz incurram⁹. Et dicitur felix a felix felicitas / qd̄ est herba que multas habet radices. a simili felix habet multos amicos. vnde omidius. Cum fueris felix: multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila: solus eris. vnde [cum fueris felix] i. iuuenis sanus. circūspectus et potens. vnde. felix quem faciunt aliena pericula cautum] cauetō ea que sunt aduersa [cum fueris felix. i. iuuenis diues. ne tantum expendas in iuuentute: q̄ oporteat te mendicare in senectute. vel cauetō] dum es san⁹: ne tale quid facias q̄ in morbum incurras vel] cauetō [ne vires tui corporis ita in nō vtilibus consumas q̄ deficias ante tempus. vnde quidam. Memento paupertatis in tēpore abundantie. z necessitatis in tēpore diuiciarum: qz] vltima id est vltimi euentus [non respondent primis] euentibus] eodem cursu. i. consimili cursu fortune. Quia omnia sunt hominū tenui pendencia filo. Et subito casu que valere ruunt. Unde versus fortunales tales sunt. Dignior elatus: descendo minorificatus. In firmis axe teroz: rursus ad astra feror. Vel aliter. Scando labor ego cum teroz alta rego. vnde. Ascendi in mis: nimum ruit actus in imis. z locus est grauis: est illa ruma leuis. vnde. Qui stat videat ne cadat. Gregorius. Cum omnis fortuna timenda sit: magis est timenda prospera q̄ aduersa. Nam hec erudit. s. aduersa prospera blandiendo transit. Uersus. Quisquis cautus erit felix aduersa cauebit. Si fortuna cadit. vix ultra prospera vadit] nō eodē etc] hec dictio eodē breuis ē cā metri / z ē ibi sistole. i. sillabe correptio

**Cū dubia z fragilis sit nobis vita tributa**

**In mortē alteri⁹ spem tu tibi ponere uolī.**

Dic docet nos ne confidamus in huius mundi vita: cum sit in-  
 certa & instabilis, qz de die in diem ad mortem venimus. vnde. Ul-  
 timus ad mortem: post omnia facta recursus. Alibi dicitur. Vita  
 quid est hominis nisi resvallata ruinis. Est caro nostra cinis mo-  
 do principium/modo finis. Alibi. Est nostre sortis: transire per  
 ostia mortis. Est grane transire: qz trāsitus absqz redire. Et bene  
 dicit dubia, qz nihil est certius morte. et nihil incertius hora mor-  
 tis. Et bene dicit fragilis, qz homo in ictu moritur. vnde iob. Dies  
 mei velocius transferunt q̄ a terente tela succiditur. Et idem. bre-  
 ues dies hominis sunt. et thobi. Est hic vita breuis tenebrosa & c̄  
 [In mortem alterius spem & c̄:] qz spes est propie expectatio ali-  
 cuius boni/cuius aduentus ignoratur. vel id qd speratur: vt ego  
 habui spem meam. i. rem quā sperabas. & spes idem est qd certitu-  
 do vnde dauid. Caro mea requiescet in spe id est in certitudine. Et  
 spes idem est qd deus. vnde. Spes mea ab vberibus matris mee:  
 vnde [in mortem alteri<sup>9</sup> spem] .i. expectationem & fiduciam. quia  
 dicitur. Grande trahit horum: mortem querens aliorum. & tamen.  
 filius ante diem patris incurrit in annos. breuis huius vite se-  
 licitas. Dicit angustinus. Quid est vita vt dicit secundus philoso-  
 phus. Vita est honoris leticia/miserorū mellicia: expectatio mor-  
 tis. vnde. Cum subeat iuuenis funera morte senis. alij versus. Eū  
 tibi secura mens sit de morte futura. Alterius mortem noli tibi po-  
 nere sortem. et alibi. Longum trahit finem: qui mortem alteri<sup>9</sup>  
 querit. vnde versus. Est cōmune mori: mors nulli parcat honorū.  
 Omnia mors tollit: omnia morte cadunt. Mors sic diffinitur a se-  
 cundo pho. Mors est eternus somnus. dissolutio corporis pauor  
 diuitum. pauperum desiderium. incerta peregrinatio. hominis la-  
 tro. somni pater. fuga vite. resolutio omnium. Unde mors per ethi-  
 mologiam dicitur quasi meta omnium rerum sensibilibus. vel a  
 mordendo dicitur.

**Exiguum munus: cui det tibi paup amic<sup>9</sup>**  
**Accipito placide plene: & laudare memēto**

Dic docet nos aucto ne parū donum refutem<sup>9</sup> ab amico pau-  
 pere. imo debemus illud laudando benigne accipere & non con-  
 derare quantitatem doni/imo amorem/officium dantis et bonaz  
 voluntatem. vnde in thobia. Affectus piei: effectum non aspice  
 quantum. Sed sicut ex quanti sedulitate datum. Alibi quidius.  
 Doc facit vt venias: gratus quoqz pauper ad aras. Et placeat

teso non minus agna boue. vnde [Exiguū munus zc].] munus  
dicitur proprie quicquid gratis largitur. Munus enim in diuite  
graciam largitur laudem impereat, odium fuit, dominium oc-  
cultat. vnde alexander. Munus enim mores confert zc. .i. recipi-  
entium vero iudicium peruertit. vnde in eodem. Munus enim a  
norma recti zc. hic dicitur recipiente vel de illo qui libenter acci-  
pit. vnde salomon. Excensia z dona excecant oculos iudicium. vnd  
dicit [Exiguū munus cum dei tibi pauper amicus zc]. Unde di-  
citur amicus quasi animi custos. vel a cathena caritatis: eo q̄ a  
moris cathena ligantur amici. Isidorus. Illa est vera amicitia; q̄  
nihil querit de rebus amici nisi beniuolentiam zc. [Accipito pla-  
cide zc]. Quia bona voluntas debet reputari pro facto. vnde gre-  
gorius. Non est vacua manus a munere si archa cordis plena est  
bona voluntate. Quidius. Super omnia vult<sup>o</sup> accessore boni zc.  
vnde versus. Munera dando vice sunt filia mater amice. Et illud  
Munera sumpta ligant. Alij versus. Si quis forte velit qd̄ ami-  
cus pauper habeat. Sumat corde bono: z huic laus addita dor-  
no. et alibi. Est labor actiois: in dono causa valoris.

## Infantem nudum cum te natura creauit. Paupertatis onus paciēter ferre memēto

Aliud documentum est: ne desperemus in paupertate: sed eam  
benigno animo recipiamus vel patiamur. Unde sciendum est q̄  
paupertas est proprie rerum temporalium vt hic [paupertas] on<sup>o</sup>  
vnde in esopo dicitur. Pauperies cum leta venit: iustissima res est  
et alibi. Paupertas libera res est: et ideo paupertas est cum mag-  
na patientia sustinenda. vnde dauid. Patientia pauperum nō pe-  
nit in finem. vnde iob. Nudus egressus sum ex utero matris mee  
z nudus reuertar in terram zc. vnde aug<sup>o</sup>. Plus prodest paupe-  
ri celum stellatum: q̄ diuitibus celum in aurum. Et dicitur pauper  
quasi parum habens. vel quasi parum parans. Quid est pauper-  
tas: sic enī describitur a secundo philosopho. Paupertas est do-  
num dei. bonum odibile. possessio sine calumnia. mater sanitatis  
curarum. remotio vel abiectio. sapientie imperatrix. negotiū sine  
damno. donum sine cura zc. vnde. Cum sis inops nat<sup>o</sup> quis q̄  
nudu sq; creatus. Pauperiem grandem. vincat patientia tandem  
vnde. Est virtus vidua quā nō patientia firmat. Patientia sic de-  
scribitur. Patientia est animi rigor aduersus fortune verborum  
asperitates equanimiter portans.

**Ne timeas illam: que vite est vltima finis.  
Qui mortem metuit: qđ viuuit perdit idipm**

Aliud preceptum est. s. ne timeamus mortem. viuere enim & semper timere quasi mors est. Sed hoc preceptum nobis non est tutum quia semper timere mortem & habere ante oculos debemus: vt et cius mala relinquamus. iuxta salomonem dicentem. fili in omnibus operationibus tuis memorare nouissima vite tue: & in eternum non peccabis. vnde versus. Vtne carens vicio tanq̄ sis cras moriturus. Disce vacans studio quasi nunq̄ sis moriturus. Alij versus. Non agit illicite qui cogitat vltima vite. Nescit nemo moram mortis nec funeris horam. Propter predicta bonum est timere mortem in retractionem victorum & peccatorum. Sed aliter hic sumit scz s<sup>o</sup> gentiles mundi famam & gloriam appetentes. qz aliter intelligunt. s<sup>o</sup> illos sic dicitur. Ne timeas illam. i. mortem que est vltima finis vite. qz omnis caro humana ad nihilum redigetur: quia qui metuit mortem. i. timet et dolet: ideo q̄ mori se oporteat [perdit idipsum quod viuuit] id e gaudia vite humane/ tales dolorem ante oculos habendo. i. meditatio de morte. vnde dicit. Do nio quid eris. quid eges quando morieris. Premeditare bene: nihil tibi tene. Nil nisi terra sumus. & terra quid est nisi fumus. Et nihil est fumus nos nihil ergo sumus. s<sup>o</sup> catholicos sic legit [Ne timeas illam] i. mortem. i. sis talis/ ita sanctificatus/ ita iustus tam fidelis tam perfectus: ne oporteat te timere mortem. id e corporis & anime dissolutionem. vt puta confidens de beneficijs precedentibus. Conscis enim reatus magis timent q̄ sanctificati. [que est vltima finis vite] iuxta illud. Mors vltima linea rerum: et alibi. Vltimus ad mortem post omnia facta recursus. Jsidor<sup>o</sup>. Quotidie dies vltimus appropinquat/ & vitas nostram quotidie dies aufert. & merito quia [qui mortem metuit] i. qui talis est qui facit peccata/ propter que debeat timere eternam: qua iustus no moritur [perdit idipsum quod viuuit] in bonitate qz deus causa e zc] vel propter qđ viuuit. s. xpm. hic eni est vita credentium: sicut ipse dicit. Ego sum vita vite & veritas. Et alibi. Omnis qui viuuit et credit in me: non morietur in eternum. Dico tibi vere: si vis de morte timere. perdere tuqueris in te qđ habere videris. Et nota q̄ finis idem est qđ terminus/ consummatio/ mors: patria. vnde vsus Est finis patria/ mors consummatio meta. Sed in grecisino ponuntur alij versus scz. finis consumens/ & consummatio finis. Est primum finis/ quandoqz est actio finis. s<sup>o</sup> Jsidorus finis dicit a fune



quia fines agrorum funiculis mensurantur. et est dubij generis.  
Dicitur ens hic vel hec finis. vnde. Margo dies cortex silex pan-  
theraq; dāma. finis cum clunis.

**Si tibi pro meritis nemo respondet amicus**

**Inculcare deū noli: sed teipsum coherce.**

Dic docet nos autor ne desperemus accusando deum si alicui  
seruierimus / z meritis nostris condignā remunerationem nō red-  
diderit: nec ab eo officio retrahere nos debemus: vnde dicit [ Si  
nemo amicus ] .i. nullus amicorum tuorum [ respondet pro merit-  
suis remunerando ea que digna sunt meritis tuis ] noli inculcare  
deum ] .i. culpāre. i. noli litigium proumpere contra deum dicen-  
do ille cui seruiui fecisset bona mihi: sed deus non permisit. ego  
sum infelix. omnes ingratos inuenio et deus odit me z me perse-  
quitur. et hoc faciunt quidam stulti [ sed teipsum coherce ] .i. ab hoc  
retrahē. vel [ coerece ] .i. castiga te ne deum culpes vel inculses. Et  
nota q̄ aliud est inculcare. aliud accusare. z est accusare alicui cri-  
men imponere in consortio. dicendo q̄ nō debet testificare nec ac-  
cusare. nec respondere. nec iudicare: q̄ infamis persona est. Incu-  
lare vero idem est q̄ culpāre. vt hic [ Inculcare deum noli ] .i.  
Inculcare est maiorum. accusare minorum. vnde. Inculso dominos/  
accuso sepe minores. vnde dicit [ Si tibi pro meritis ne. respon. a/  
micus ] Quid est amicus vt dicit phus. Amicus est desiderabile  
nomen. non inuidenda possessio. refugium infelicitatis. miserie re-  
leuatio. indeficiens quies. indefinens felicitas. si manet oblitus  
meriti nec seruit amicus. Hinc non culpandus deus est sed tu re-  
probandus. Nec reprobes xpm sed tu serui magis istum ] .i.

**Ne tibi quid desit: quesitis vttere parce.**

**Etq; qd est serues: semp tibi deesse putato**

Dic docet nos autor viuere parce z non prodigaliter z observa-  
re temperantiam in cibo z potu. vnde illud. Sume cibum modice  
modico natura fauetur. dicens sic [ vttere ] z non abutere [ quesitis  
id est rebus acquisitis per laborem tuum / vel parentum tuorum  
quorum es heres ] parce ] .i. modice [ ne quid ] .i. aliquid [ desit tibi  
id est deficiat: si prodigaliter expendas. vnde quidam. Magna pe-  
nus / paruo spacio cōsumpta peribit. Et illud. Labitur epiguo qd  
partum est tempore longo. Quidam enim insipientes ita prodiga-  
liter res suas expendunt. q̄ non curant q̄ futuro / vel ad quē finē

deueniat vita eorum. Contra quos dicit boetius. Neq; eni quod  
ante oculos situm est intantum sufficit rerum exitus. vnde seneca.  
Liber z gilofus esse non potest. Et oratius. Seruiet eternum. qui  
paruo nesciet vti. vnde versiculus. Tunc seruus vti qui paruo  
nesciet vti. Seneca. fortuna vitrea est tunc cum splendet. vii. Nō  
minor est virtus: q̄ querere parua tuere. Causa inest illis. hinc erit  
artis opus. oratius. Plus est seruare paruum: q̄ quesisse nouum.  
*fructu* Parcuis vteris questis quando frues. Et rem seruabis: quā sem  
per abesse putabis &c. [Utq; qd̄ est serues] sensus talis ē vt par  
ce vitas nō sis prodigus: sed obscure dicit. sic ergo construe. Di  
co q̄ parce vitas | q; spio et. z ad hoc | vt seruiet tibi | .i. ad opus  
tuum. s. illud qd̄ est. s. illud qd̄ possides. q. d. sis parcus. parc<sup>o</sup> sibi  
seruat res suas. Auarus vero nequa q̄: sed ad opus aliorum ser  
uat | putato | ergo id | dcesse tibi semper | .i. deficere. qd̄ ē dicere nō  
sis prodigus. prodigus eni putat res suas nō posse deficere.

### Quod prestare potes: ne bis pmiseris vlli Ne sis ventosus: dū vis bonus ipse videri.

Dic docet nos autō evitare dilationes in dono: ne illud quod  
amicis nostris dare possumus in presenti/promittamus nos da  
turos in futuro: dicētes sicut multi dicūt. Uade cras. z post cras  
reuerteris z habebis petītum. vnde dicit tullius. Lex doni siue be  
neficij talis debet esse: q̄ dator statim debeat obliuisci: z capiens  
debet esse memor accepti. Quia vir iustus data nunq̄ cogitat: sed  
accipiens debet esse memor illius qui dedit: vt in aliquo tempore  
reddere possit. vnde quidq;. Qui cito dat bis dat: qui tardat mu  
nera vir dat. vnde alij versus. Vis dare: da subito: dandi modus  
iste perito. Par erit munito: qui dabit absq; cito &c. et q; dare non  
possumus nisi de liberalitate: videndum est quid sit liberalitas.  
Liberalitas est virtus beneficiorum erogatorum: quā in effectu  
benignitatis z beneficij docuimus permanere: quia tota hec virt<sup>o</sup>  
consistit in tribuendo. Sed multis modis dicitur stare liberalitas  
Primo caue quando dabis ne sis durus ne fronte; obducas. ne  
vultum auertas. nec occupationes fingas. Secundo caue dilatio  
nem: q; dandum est cito. Unde ingratum est donum seu benefi  
cium quod diu inter manus dantis hesit. vnde illud. Proximus est  
neganti qui tarde dat. Tertio caue ne des ingratis/ lino grans: z  
non multis precibus expectatis. Unde non grans tibi: qui non  
cu; rogaret accepit. vnde thobias. Da cito da gratis &c. Quarto

caue ne donum obfit accipienti sicut dabat antrapaalus. vnde oratus. Antrapaalus cuiusq; nocere volebat. Vestimenta dabat piosa etc. Quanto caue ne beneficium sit maius tua facultate. In tali libertate consistit cupiditas recipiendi. et talis liberalitas non est bona. Salomon. Melius est non vouere quam post votum promissa non reddere. vnde verius. Dandi tolle moras. dando cito munus honoras. Munus dedecoras: imminendo moras etc. alij versus Graeca debetur pro munere: si cito detur. Et si tardetur: ingratus munus habetur. Hes. Vis non spondebis: quod mor prestare valebis. Ne similis ventosis: sed bonus esse memero. Et a libi. Plus valet hoc irbuo: quam irbuenda duo etc.

**Qui simulat verbis: nec corde est fides amicorum**

**Tu quoque fac simile sic ars deluditur arte**

[Qui simulat verbis etc.] .i. qui fingit vel figurat verbis adulationis se esse amicum tibi fidum nec siple est [fidus amicus corde] sed solūmodo verbo: et tales sunt infideles et fraudulenti et illu stras. Si inquit ita simulat aliquis se esse amicum tibi [Tu quoque fac simile] .i. finge te esse amicum sibi: cum non sis. vnde ovidius. Falsae fallentes etc. et sic [ars] illius. i. fraudis arte maligna progrediens [deluditur] .i. decipitur et repellitur [arte] .i. fraude tua vel arte simili. Dec enim est sententia secularis: teste salomone qui ait. Simulator ore decipit amicum suum: et ducit eum in spem bonam vnde. Qui mel in ore gerit: et me retro pungere querit. Cuius amicus etiam noli mihi sociam. Vel potest esse preceptum catholicum. et tunc sic lege [Qui simulat verbis] .i. qui simulatoris verbis reprehendit amicum fingendo se esse inimicum erga ipsum. et dicit se esse iratum propter vicium eius [nec corde est] scilicet iratus: ille enim qui talis est fidus amicus est. quia meliora sunt amici vera seuiens etc. Si inquit ita facit aliquis [Tu quoque fac simile] id est similiter castiga amicum tuum et reprehende verbis amaris et non corde. et sic ars] .i. illa mala operatio vel vicium [deluditur] id est repellitur [arte] .i. artificiali correptione. quia clauus clauo retunditur. i. amor seculi amore dei repellitur. Sicut qui tyrannum meretrici pmissi accipiet. Quid est amicus. desiderabile nomen. non inuidia possessio. refugium infelicitatis: miserie releuatio. indefectus quies. indefinens felicitas. Verba secundi philosophi sunt. Et dicitur amicus quasi animi custos. vel a cathena caritatis: eo quod amor cathena ligat et amicos. vnde Laudat adulator: sed non est verus amator. Tu quoque promedes: et ei sua dona rependes.

**Noli homines blādo nimio sermone pbare  
Fistula dulce canit: volucrum duz decipit  
auceps.**

[Noli homines zel. ]sensit est [ noli probare .].i. laudare nimium  
homines in vota sua [blando sermone].i. adulatorie: qz blandus  
sermo decipit homines quādoqz: et ne sis sicut fistula que aures  
eorum qui eam audiunt delectat: z sibi ipsi non prodest. Un fistu-  
la dicitur a phonos qđ est sonus: z stolos qđ est missio: quasi so-  
nus missus [canit dulce].i. dulciter z suaviter resonat [dum au-  
ceps].i. aues captens [decipit volucrum] dicitur autem volucris  
a volando qz volat per aera. vel aliter. ]noli probare nimium ho-  
mines [quos inuēntes blādi loquos] blando sermone .].i. propter  
sermonem blandum eorum: qz ipsi nimium per blandos sermōes  
decipiunt credulos sicut fistula decipit volucres. et si tales vis  
vitare: discite virtutem que dicitur cauctio per quas vicia vitamus  
speciem virtutum prestantia. vnde Zsidorus. quedā vicia virtutū  
speciem preferunt. vnde. Perniciosi suos scrutatores decipiunt:  
qui se sub virtutis velamine regunt. vnde cicero. Mille sunt occul-  
tationes insidiarū latent in similitudine officij. vnde versus. Qui  
mel in ore gerit zel. z alibi. Sub facie tincta macie zel. Ouidius.  
Impia sub dulci melle venena latent. Seneca. Dabet suum venes-  
simū blanda oratio. vnb bernardus. Plus nocet lingua detracto-  
ris: qz gladius persecutoris. Et salomon. Meliora sunt amici ver-  
bera: qz inimici blandimēta. vnde versus. Non bene creduntur ni-  
mium qui blāda loquuntur. Decipiuntur aues: qz cant<sup>o</sup> sepe suaues.

**Luz tibi sunt nati/nec opes: tūc artib<sup>9</sup> illos  
Instrue. quo possint inopē defendere vitā**

Dic docet autor: quid debet homo facere oneratus familia cum  
pauper sit. Instrue ergo sic cum nati .].i. filij [sunt tibi nec pro z  
non] et opes [non sunt: ita qz sis pauper. nec habeas vnde pascas  
illos] instrue illos artibus. ]mechanicis vel liberalibus: qz artes  
sunt vere diuicie et eterne: que non possunt amitti nisi in morte:  
qz ars remanet per vitam zel. nisi per mortem. vnde. Ars est col-  
lectio multorum preceptorum ad vnum finem tendentius. Ars  
est omne illud qđ per opus: z per numerum: z per instrumentum  
competentis artificis deducatur ad effectus. z dicitur ars ab artādo

qz artat nos regulis z sceptis [instrue inqz quo] [pro vt. vt] possint defendere [inopem vitam]. i. inopiam vite. Artes enim liberales repere sunt ad ignorantiam a parte anime relegandam. Mechhanice vero propter inopiam corporis subleuandam. vnde salomō Stulticia colligata est in corde puerorum. z virga discipline defu gabit eam zc. Instrue pupillos pauper si diligis illos. Ne pauis Pertati possint succumbere nati.

**Quod vile est carum: qd carū vile putato  
Sic tibi nec cupid⁹ nec auar⁹ nosceris vlli**

• Primo lege sic. Si aliquis dederit tibi aliquid licet ille vel alij reputant illud esse vile [putato]. i. puta illud esse carum appreciā do z reseruando illud. z [quod carum est vile putato]. q. d. Si alij quis amicus petat a te qd carum est [putato]. i. reputa illud esse vile. z da ei libenter ac si esset vile. et sic [non nosceris cupi. tibi] [appreciando z retinendo qd vile est] nec nosceris auarus vlli [i. illi vel alicui danda qd carum est. Vel aliter talis est sensus. Si aliquis in tempore fertilitatis z superfluitatis aliquid bonū tibi dederit: abundanter illud debes reseruare z amare. In tempore vero egestatis cum alij tenent z reponunt abundanter largiaris: sicut fecit ioseph quando erat senescallus pharaonis: z ita amor rem mereberis z habebis. Edstrue ergo [putato]. i. crede illud qd vile est alijs: z ab alijs tibi abundanter quasi vile [esse carū tibi] [scz serua illud quasi esset carum. i. care appreciandum. z sic] non nosceris cupidus tibi [i. iudicio tui. Item] [putato qd est carum alijs] [supple in tempore egestatis] [esse vile tibi]. i. dato alijs quia si vile [et sic non nosceris auarus vlli]. i. nullus dicet te esse auarus: cuz cara in caro tempore largiaris. vel sic. quia prouidentia mater sapientie est. qz dicit boecius. Quod ante oculos sumi est intueri non sufficit: rerum exitus prudentia metitur. ideo] quod vile est [modo] [puta illud futurum esse carum / z retine / et cōserua ac si esset carum. vt subueniat tibi si necesse fuerit z alijs. vnde salomon. Demento paupertatis tempore abundante / z necessitati tempore diuictarum. et] [quod carum est] [modo] [putato illud futurum esse vile. et sic large expende ac si esset vile. z distribuas pauperibus z amicis z tamen cuz circū spectio. Est autē circū spectio] [Aug⁹] [contrarioz] [vicioz] [cautela. Effeci⁹] [autē] [hui⁹] [duntis] [est] [facultate] [sic] [seruare: q] [auaricie] [fuga] [dispensationez] [nō] [incurrat. et sic] [nō] [nosceris] [cupi. tibi]. i. d. cupiditate] [scientia] [tua] [nō] [remorabit]. i. ea q̄ vilis sūt: cara fore reputeris in futuro] [nec] [auar⁹] [vlli]. i.

d .j.

alij non habebat te pro auaro. Cuius cara largiatis. vel aliter pu-  
tato illud qđ modo scs in hoc seculo est vile scilicet esse pauperem  
esse carum apud deum. vnde in euange. Beati pauperes spiritu:  
quoniam ipsorum est regnum celorum et putato illud qđ modo est carum  
scs diuitem esse vile apud deum. vnde quidam vt iob testatur vic-  
tues diues sanctificatur. Diuitis est raro sanctificata caro. et alibi. O  
diues diues zel. fac bene dum viuas post mortem viuere si vis. Et  
ideo si tu sis diues fac bene pauperibus. versus. Carum vile pus-  
tes. rursus contraria mutes. Sic nec auarus eris: cupidus nec na-  
te videris.

**Que culpate soles: ea tu ne feceris ipse.  
Turpe est doctozicū culpa redarguit ipm**

Dic docet nos auctor ne arguamus aliquem de aliquo vicio. cū  
possimus simili macula vel simili vicio reprehendi. qz prius ē mē-  
dare se deinde alios. iuxta illud auroic. Tollere festucas si vis de  
fratris oculo. Que prius exturbat lumina tolle trabem. qz talis  
doctrina cederet nobis in dedecus: qđ ostendit per exemplum di-  
cens Turpe est doctozicū non facere qđ decet. s. docere bonum z fa-  
cere malum. qz proverbialiter dicitur non meretur discipulus er-  
roris argui: si magister eius dilabitur in errorem. vñ paulus. Cur  
predicas cum ipse furaris. Et gregorius. Cuius vita inhonesta ē:  
necesse est vt eius predicatio contemnatur. idem. Monstruosa res  
est manus remissa: z lingua maliloqua. vñ Isidorus. Qui bene do-  
cet male viuunt. videtur bonum z malum coniungere: lucem tene-  
bris promiscere: veritatem mendacio copulare. idem. Quod ore pre-  
dicat opere impleat. z qđ p̄r verba docet: exēplo ostende. qz qui  
non facit qđ predicat: ieiunus scribit qđ alius manducat. vñ paulus.  
In omnibus te ipsum prebe bonorum exēplū operum. vñ quidam. Casti-  
gans alios te castiga prius ipsum. vt castigatus sis castigare pa-  
ratus. et alibi. Si culpate velis: culpabilis esse cauebis. Dogma  
tuum sordet dum te tua culpa remordet.

**Qđ iustū ē petito: vel qđ videatur honestū  
Nam stultū ē petere: qđ possit iure negari.**

Dic docet catho filium suum qualiter debeat petere dicens. Quod  
iustū est petito. qz cuiuslibet peticio debet esse iusta: z habere mo-  
dus scilicet possibilitatē eipa quo petitur. qz sicut curialitas ē in dono  
ita curialitas in petitione esse debet. Curialitas est modus loquē-  
di sine petendi quid: nō deuians ab honesto. Cū scđdū ē qz in pe-

titione quattuor sunt consideranda. scilicet honestas. possibilitas. iusticia. et necessitas. Donesta debet esse petito: vetaliquis non petat quod non debet vtiliter vel vroz proximi vel alterius in concubina. Iusta quod sufficit non vltra mensuram: vt si aliquis peteret ab alio medietate domus sue. possibilitis vt alter habeat possibilitatem dandi quod petitur et quod non grauetur. Necessaria vt quod necesse est queratur. Ciso de modo petendi videndum est quid sit honestum. Donestum est quod sua vi nos attrahit et sua dignitate nos allicit. vñ subiungit: Nam stultus est petere. scilicet. stulta petitio quod possit iure negari. scilicet. que non est iusta vel honesta. vnde salomon. Non erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes. vnde illud. Plura petens meritis/fraudatur iure petitio. alij vsus. Erige rem iustam si non cupis inde repulsas. Non est donandus quicquid sit iure negandum.

**Ignotum tibi tu noli preponere notis.  
Cognita iudicio/constant incognita casu.**

Dic docet nos auctor ne iudicemus de ignotis: quia melius possumus iudicare de notis quam de ignotis. vnde dicitur. Cognita iudicio constant incognita casu. scilicet. euentu. quia de illo que ignoras non potes certe iudicare an sit bonus aut non. vnde. Cognita iam constant: rectius incognita profant. vel vt quidam voluit. Ignota tibi et cetera. scilicet. noli plus amare alienum quam proximum. vñ. Nunc prius alienos oneratis. Nam priuata sedent extranea casibus herent.

**Cum dubia incertis versetur vita periculis  
Pro lucro tibi pone dies quicquidque laboras**

Cum dubia incertis. scilicet. cum vita hominis sit dubia. scilicet. caduca et in miseris inuoluta. in dubio enim spacio viuimus. vnde bernardus. Nascimur in merore: viuimus in labore/morimur in dolore vnde. Nil nece ceteris est nihil est incertius hora mortis. versetur id est mutetur. quia multotiens mutatur statim hominis de gaudio in tristitiam. de prosperitate in aduersitate. de sanitate in egritudine de quiete in laborem. Incertis periculis. scilicet. in dubijs periculis. Eue tibus enim dubijs agitur vita humana. vñ iob. Homo natus de mulere breui viuens tempore repletur multis miseris et cetera. vñ. Ludit tu humanis diuina potentia rebus: et quandoquidem vita humana periculosa est et caduca et etiam incerta. O homo quicquidque laboras id est laborare viuas. quia homo natus est ad laborandum sicut avis ad volandum. pone diem tibi pro lucro. scilicet vt quiescas

ne nimio labore deficias et in impotentiam membrorum incurras. qz qui caret altera reque durable non est. vel sic | cuz dubia | .i. incerta. qz futurū tēpus non est nobis certū | veretur in periculis | id est in periculis in quibus homo non cauens sibi cito cadit in paupertates. O hō | quicūqz laboras | .i. qui es in laborioso negocio | pone | .i. cōstitue | tibi dies pro lucro | .i. vt aliquid lueneris ne succūbas paupertati: z ne sis sicut vagi qui currūt tota die huc z illuc nullum inde lucrum reportātes. Vel aliter | pone diem pro lucro | .i. vitam huius diei pro lucro habeas z reputes z cū deo gratias reddas. vel | pone tibi pro lucro | .i. viue in bonis operibus. z sic lucrare diem eternū qui est deus gloriosus z sublimis. vnde dicitur. Unde superbit hō cur? conceptio culpa. Nasci pena. vita laborum. necesse mori. vñ seneca. Precedens dies est magister sequētis vñ illud. Oia sūt hoīm tenui pēdencia filo. Alij dicitur. Cū subitō sine spes sit tibi certa ruine. Pro magno lucro/mortalē viuere dico

**Vincere cum possis interdum cede sodali.**

**Obsequio quoniā dulces retinētur amici**

[Vincere cum possis etc]. .i. locus da. Sodales dicuntur a so. qd est simul z edo. es. quasi simul edentes in mensa. vñ dicitur differētie. Cōsortes coniungit amor. socios labor vnus. Cōmunis comites reddit via mensa sodales | cede | in q aliquando/non semper | cuz id est quis | possis vincere | .i. superare ipsum in qualibet rei serie | Obsequio quoniā dulces retinentur amici | vnde oratorius. Flectitur obsequio curuatus ob arbore ramus. frangens si etc. qz dulces amici z amicitia z veneratione/z assensu obsequi retinentur. Obsequiū est alicuius voluntatē sequi. vnde cicero dicit. Amicitiaz esse. f. idem velle/z idem nolle. vñ beatus philippus. Amicus est desiderabile nomen/homo vix apparēs/inuenienda possessio/ refugius infelicitatis/miserte temperator/ indeficiens quies/ et indeficiens felicitas. Vñ i proverbijs salomonis dicitur. Verbum dulce multiplicat amicos/z mitigat inimicos. Et sequitur ibidem. Amicus fidelis protectio fortis: qui aut inuenit ipsius inuenit thesaurus. Amico fidelis nulla est comparatio. Unde debemus ei parcere supplicatio nibus/z debellare rebelles. Vincere posse docet: vincere sepe nocet. Parcendum est animo miserabile vulnus habenti. Nobile vincendi genus est patientia vñ dicitur. Sepe pati prestat cui qui subtile exat. Nulla valet tū dicitur patientia quāti. alij dicitur. Cedas sepe pati quis possis superari. Doc ideo dico: qz sic eris apud amico



**Ne dubites cū magna petas: ipēdere pua  
His eteniz rebus coniungit gracia caros**

Dic intendit catho instruere filium suum ne sit auarus/nec cuius p̄dus: sed potius liberalis in donando. curialis in petendo. Cū construe sic: ne dubitas] imo scias qđ est verum et qđ est malum tunc [impendere] per hoc enim es auarus cum tu] petas magna] et non vis dare parua: vnde cupiditas p̄ouenit. Sed ad euitādū cupiditatem doceo te vt des libentius q̄ petas] his eteniz rebus coniungit gracia caros] Vnde tu teneris apud omnes null⁹ apud te. Alterius sumis pocula: nemo tua. Vel tu redde vices: vel desine velle vocari. De decus est semper sumere: nilq; dare. Non capit optatum: qui non largitur amarus. vnde seneca. Iniusse petit qui dare nescit. Et vulgariter dicitur munera dādo vite sunt filia mater: amice. et alibi. Dono multiplici plures generantur amici. Des bes magna dare: cupies cum magna rogare. et alibi. Sepe solet doci fiunt per munus amici.

**Litem inferre caue: cū quo tibi grā iūcta ē  
Ira odium generat: concordia nutrit amorē**

Dic docet nos catho vitare odium: et obseruare concordiam et agit de cautela et amicitia mixtum. de cautela cum dicit] Litem inferre caue] De amicitia cum dicit] cuius quo tibi gracia iuncta est] vel enucleat qđ procedit ex ira: nisi temperetur cum dicit] concordia nutrit amorem] Ira idem est qđ odium. sed s̄ q̄ quid differunt vnde illud. Ira recens furor est. odium manet ira vetusta. vnde Ira est repentina et inordinata animi cōmotio vel mutatio: ex qua p̄ouenit odium. Odium vero inueterata/doloris putredo ex corde trahens ordinem. vel odium est vetusta ira: semper de vltione cogitans. et ira est cōmotio sanguinis circa cor. vnde ouidi⁹. Eice procul lites et amare prelia lingue. Dulcibus et verbis/dulcis alēdus amor. vnde salomon. Vir iracundus pronocat rixas. qui paciens est mitigat suscitatas. Concordia est motus continens com patrios et amicos in idemptitate institutionum iuris et habitatis onis spontanee vincens. i. ligans. et dicit seneca. Nihil turpius ē. q̄ cum eo bellum gerere cum quo familiariter vixeris. Nihil similius est acibus demonum q̄ litigare. vnde versus. Semper deuites/cum caro ponere lites. Lis odium gignit. caros concordia stringit.

**Seruoꝝ ob culpã/cũ te dolor vrget i iram  
Ipse tibi moderare tuus: vt parcere possis**

Dicinnitat nos catho ad modestiam. vnde dicit[ur] Seruoruz ob culpam etc. [Seruus dicitur multis modis. q: seruus est qui emittur de aliquo. z tunc dicitur de seruo. as. vnde infra. Cum seruos fueris proprios mercatus in vsus. Item seruus idem est q: famulus. vnde in euãgelio. Euge serue bone z fidelis etc.]. Item seruus est ille qui est irretitus peccato. vnde aposto. Qui facit peccatum seruus est peccati. Item puer ides est qd seruus qdũ est sub custodia. vnde apostolus. Puer qdũ e sub custodia nihil differt a seruo. vnde [Cum dolor vrget te in iram culpa seruoꝝum]. i. propter culpam seruoꝝum [ipse moderare]. i. impone modum ire tue [vt possis parcere tuis]. i. famulis. vnde scriptum est enim. Dumans est peccare z irasci. sed iram perficere dyabolicum est. vñ oratus Qui non moderatum ire affectum: volet esse dolor qd suaserit et mens. Item ira furor breuis est: vix iracundia trãsit. Seneca. Homo qui de homine est misericors meminit sui. vnde versus. Cum tibi seruoꝝum mouet iram culpa tuorum. Pectore sub mesto: tibi tu moderabilis esto.

**Quẽ supare potes: interdũ vincem ferẽdo  
Maxima eteniz moꝝ e semp paciẽtia ñt9**

Dic inuitat nos autor ad paciẽtias. quia bonus est qui malos potest tollerare cuz paciẽtia que maxima est virtus. Omnes eniz alie virtutes a paciẽtia temperantur. Nam virtus vidua quam non paciẽtia firmat. et alibi dicitur. Nobile vincendi genus paciẽtia. vincit qui patitur: si vis vincere disce pati. virgilius. Virtutes animi paciẽtia dirigit omnes. Paciẽtia sic diffinitur. Paciẽtia est vis animi contumeliarum: z omnis aduersitatis impetus: cum tranquillitate sustinens: z in futuro vindictam non querens sed corde ignoscens.

**Lõserua potius que sunt parta in labore  
Lũ labor in dãno e: crescit mortal egestas**

Dic docet nos autor q: cum maiori cura res labore acquisitas q: alias custodiamus us q: alias res non destruamus [Cuz labor in dãmno etc.]. i. cum admittimus z male dispensamus ea que labore acquisimus [crescit mortalis egestas]. i. multiplicatur ege

Itatis miseria ducens ad mortem. i. ad miseriam fere equivalentē  
 mouem. Unde ecclesiasticus. Labor stultorum. i. amarior mundi  
 affligit. Augustinus. Sine dolore non pereunt que cum labore ac  
 quiruntur. vel mortalis. i. humana. q. d. cum pateris tuaruz res  
 rum detrimentum quos cum labore acquisiisti. crescit mortalis  
 egestas. id est amarior ē. Unde ploratur lacrimis amissa pecunia  
 veris. z bene dico. conferua. qz non minor est virtus q̄ querere  
 paris tueri. Alij versus. Plus conferuabis quecuqz labore para  
 bis. Cum labor ipse perit: paupere sedere querit.

**Dapsilis interdum notis/et caris amicis.  
 Cum fueris felix: semper tibi proxim⁹ esto**

*Magnificus. et libe  
 ralis*

Ecce vltimum preceptum primi libri in quo docet nos precipue  
 vt avaritiam fugiamus. vnde dicit. Esto dapsilis interdum. scilz  
 quando erit tempus. quoniam duo sunt genera largorum. quoruz  
 alij sunt dissipatores. alij sunt liberales. Dissipatores sunt illi qui  
 cōmestationibus ebrietatibus muneribus meretricum histrionū  
 z lenonum pecuniam suam expēdunt. Liberales sunt illi qui suis  
 facultatibus capros redimunt. aut amicis in necessitatibus sub  
 ueniunt. in primis est vitium prodigalitatē. in alijs virtus. scilz  
 liberalitas beneficiorum erogatrix. vnde esto dapsilis interdum  
 quando locus fuerit largiendo cum bonitate. notis z caris amicis  
 id est illis quos noueris esse amicos tuos amando eos: vt eos  
 iuues consilio foueas beneficio consuleris solatio. Cum fueris fe  
 lix semper tibi proxim⁹ esto. i. precipue fac tibi bonū. multi enī  
 diues sunt ita avari q̄ seipos agere patiuntur. dicit Hiero. aua  
 ro deest tam id quod habet: q̄ id qd non habet. Ecclesiasti. auaro  
 nihil scelestius et nihil nequius q̄ amare pecuniam qd prohibet  
 noli tanq̄ reliquias pecuniam obseruare. vnde cum felix fueris  
 id est sapiens. diues z abundans in bonis temporalibus. semper  
 tibi proxim⁹ esto. i. primo consule tibi q̄ alijs. vnde seneca. Pre  
 stabis amicis bona tua. z fide omnibus. vlt. semper tibi proxim⁹  
 esto. i. precipue fac tibi bene de bonis tuis de tuo labore proprio  
 acquisitis. facisqz sicut dicit Isidorus. Et mihi res. non me reb⁹  
 submittere conor. qz sicut dicit Isidorus. q̄ si res tuas mediocri  
 ter colas possides. si nimium possideris. quia imperat sui seruit  
 funestas pecunia cuiq̄. Semper auarus eget etc. vnde dapsilis etc.  
 Interdum notis tribuas: z suffice notis. Nec tibi carus eris: sem  
 per dum diues haberis.

t elluris si forte velis cognoscere cultus  
Virgiliuz legito: quod si mage nosse  
laboras.

**H**erbaruz vires: macer tibi carminue dicet

Autos iste per diuersas partes opus suum distinguit: ne lectoribus fastidium generet post distinctionem primū libri. Die incipit se cunda distinctio huius operis in cuius principio nos docet/ quē doctorem quem preceptorem in bonis terrenis acquirendis debemus imitari. et inuitat filium suūz et omnes alios in persona filij sui ad diuersas sciencias. hoc autē duabus de causis vt sit sapiens et conspectus circa bona temporalia. Præterea vt anhelet possit enus ad diuina. Est enim duplex sciencia/ perfecta/ et imperfecta. Imperfecta sciencia est vt de terrenis. quia sapientia huius mundi stulticia est apud deum. Perfecta vero sciencia est de diuinis scz multa bona agere: et laudem mundi non querere. studēdo contra hoc que precepit deus sic vt quisquid boni homo fecit/ et seruum inuilem se existimet ante oculum diuine maiestatis. Imperfecta ergo sciencia versatur circa terrena. Et dicitur multi modis/ et hoc scz diuersas diuersorum sentencias. Dicebant enī quidam qd diuicie erant sūmum bonum in vita que maxime procedūt ex agricultura terre. Unde ad habendam illam scienciā inuitat filium suum ad audiendum hieorgica virgilij iuxta illorum opinio nem qui dicebant diuicias esse sūmum bonum in vita. Alij dicebant sanitatem corporis esse sūmum bonum in vita: ad quā habēdam inuitat nos ad legendum librum macri illius poete qui opus eius fuit inter philosophos. Alij vero dicebant famam vel gloriam secularem esse sūmum in vita et præ ceteris appetendam. ad quā habendam inuitat nos ad legendum lucanum qui tractauit de bellis/ per que gloria acquiritur secularis. Quorundam enim opinio erat qd voluptas corporis erat sūmum bonum/ et præ ceteris alijs appetenda. ad quā habendam inuitat nos ad legēdum Ouidium de arte. quia ibi tractat ouidius de amore/ per que voluptas hominis acquiritur. Sed qd aliquid de supradictis bonis non sit sūmum bonum manifestum est. quoniam omnia supradicta transitoria sunt et caduca. Sūmum autem bonum est deus qui incommutabilis est/ et nulla corruptio in eo potest esse. Creatura vero sua bonum est. sed non sūmum. qd commutabilis et corruptibilis est. vnde dauid. Ipse peribunt tu autem dñe permanes/ et

omnes sicut vestimentum veterascent. Dicit ergo catho q̄ huius  
 modi preceptis que sunt de agricultura terre/vel huiusmodi non  
 velimus indulgere sed sapientie. In hoc preceptoem se tribuit. et  
 hoc est] Telluris si forte zel. ]z bene dicit] forte] quia hic sunt do  
 na fortune. vel forte respicit ad diuersitatem animorum hominū.  
 q̄ enim quidam volunt non volunt alij. vnde est. Multe hominū  
 species. z rerum discolor vsus. Velle suum cuiqz est. nec voto viui  
 mur vno zel. alij ver sus. Terre culturas/ si tu cognoscere curas  
 Ecce tibi maro describit nomine claro. Si magis herbarum natu  
 ram discere carum. Verbaruz vires sit macer/ z inde requires. Et  
 est differentia inter tell<sup>r</sup> z terrā. vñ d̄ sus. Dumoz humū reddit zel.

**Si romana cupis: z punica noscere bella.**

**Lucanum queras: qui martis prelia dicet**

[ Si romana cupis z punica ] .i. africana. Africanū sunt populi  
 quorum rex fuit hanibal qui multotiens romanos infestauit/ de  
 quorum bello z romanorum lucanus tractauit. et dicitur lucan<sup>o</sup>  
 quasi luce carens per antifrasi: qz multum lucidus fuit. Vel d̄  
 lucanus quasi canens lucem per antifrasi: reo q̄ obscure tracta  
 uit] qui inartis prelia docet] Lucanus enī de bellis tractauit qui  
 bus p̄est mars: vtpote deus belli. Et dicitur mars quasi mors.  
 vel quasi mores vorans quia homines facit mori. vel] martis p̄  
 lia. .i. romana. qz romani procefferunt a marte per remum z romu  
 lum qui fuerunt filij martis z ilie. Lucanus vero descripsit bella  
 que fuerūt inter iulium cesarem z magnum pompeyū/ qui duo  
 fuerūt romani. ideo dicit] Si romana cupis z punica noscere bel  
 la zel. ] vnde ver sus. Aut si sudores belli cupis atqz labores. Lu  
 canus dicit: qui martis prelia dicit. ] prelia dicit ] quia ipse luca  
 nus de pluribus bellis tractare proposuit. qui preuentus morte  
Dic autor ad studium et sapientie perscrutatione nos inuitat. dicit  
ergo[ facito vt legas multa. i. multas sententias in libris con  
tentas] perlectis. i. multis sententijs vel sciencijs in libris acqui  
re[ per lege multa] vt ita possis veritatem dinoscere vel dicere. vnde  
salomon. In luto quere argentum/ in libris vero sapientiam. Et in  
quibusdam libris habetur[ perlectus negligite multa. i. sperne mul  
ta de his que leguntur. Boecius sententias serua sicut grana. per  
lectas proice sicut paleas. Non enim que in libris continentur om  
nia sunt credenda. vnde subiungit[ tuam miranda canunt: sed nō  
credenda poete. i. res admirandas que non sunt credende. vnde  
omnibus. Aut prodesse volunt aut delectare poete] sed non creden  
da[ sed multice intelligenda canunt. Cato. is. plures habet sensus.  
Poeta dicitur a poyo. is. quod est fingere. gis. vnde poete id est heres  
ticus qui inueniunt et fingunt noua ficta: fallunt alios per prauam  
doctrinam/ et talibus non est credendum. Alij versus. fac vt mul  
ta legas/ et ibidem sedule degas. Sed nec veras petas fari/ sed mi  
ra poetas etc].

**Inter conuiuas/ fac sis sermone modestus  
Ne dicare loquar/ dum vis vrbani haberi**

Dic docet nos catho euitare garrulitatem in conuiuio. Cui  
us est ille qui facit conuiuium et qui est inuitatus ad conuiuium.  
et declinatur hic et hec conuiuia. vnde[ Inter conuiuas fac sis ser  
mone modestus. i. imponēdo ori tuo custodia. vnde dauid. Pone  
ori meo domine custodiam etc]. et salomon. Omni custodia custodi

eā tuum. z remoue os prauum z detrahentia labia sint procul a  
 te. vñ aliter fac. i. canceas tibi a nimia garrulitate z potatione. vñ  
 oratius. Quid non ebrietas deuictat aperta recludit. Item fecidi  
 calices quem nō fecere disertum modestus qz in multiloquio nō  
 trest peccatum. Unde attendit sapiens/ quid/ quomodo loquat.  
 Profert in sapiens subito quicquid meditat. Preceptus est vt ita  
 tr. conuuiantes modestiaz habeamus vel teneamus. vnde supra  
 pauca incōuuito loquere. dicit ergo fac vt tu sis modestus id ē  
 quietus z temperatus inter conuiuas. i. discumbentes [ne dicare  
 loquax. i. litigiosus z garrulus. Loquax proprie dicitur garrulus  
 Eloquens vero dicitur facundus z discretus/ siue peritus. Unde  
 Non vadit peritum qui vult audire peritum. i. doctum z discretus  
 dum vis haberi. i. dici/ urbanus. i. sapiens vel facetus. Urbanus  
 dicitur ab vrbe: qz qui in vrbe conuersantur faceti sum] ne dica  
 re loquax vnde Inspice principium medium quoqz conspice finē  
 scz verbi vt possis melius premeditata loqui. z alibi dicitur. Qui  
 bene vult fari: bene debet premeditari. vnde s̄sus. Dum conuuiaris  
 videas ne multa loqris. Distat ab urbanis: vir garrulitas/ inanis

**Coniugis irate/ noli tu verba timere.**

**Nā lacrimis struit insidias: dū feia plorat**

Dic docet nos autor ne linguis siue liub<sup>9</sup> mulieruz moueamur  
 scz contra sermones. qz dicitur supra. Sepe eteniz mulier quē con  
 iunx diligit odit/ noli ergo timere. [vt ideo etiam seruuz de domo  
 tua. vel/ noli timere verba coniugis irate/ contra te sed semper fa  
 cias voluntatem tuam. z sicut dominus presis domui tue z dispo  
 nas: z non des ei potestatem super te in vita tua. Nam debet esse  
 sub potestate tua. mulier si primatum habeat: erit contraria viro  
 suo. De modo z manerie mulieris ita dicit quidam sapiens. Muli  
 er in cultu presumptuosa est. in domesticis grauer unperiosa. fo  
 ras spectans. intus teneri vulgi fauores damnoza libertate mercat  
 Mulier absēte viro qrit iubeat/ qrit quid liceat i explēdas volup  
 tates tota despumat. Cū tgit talis sit mulier marit<sup>9</sup> si sit sapiēs po  
 nat ori suo frenū: vt n̄ eā oporteat timere quin de ea faciat volūta  
 tē suā/ si male se hēat. qz dicit salomō. Nō ē caput sup caput spēt  
 nec malicia sup maliciā mulieris. alibi s̄z. Mulier ois/ aut ē stulta/  
 aut incesta/ aut magniloqua/ aut supba. vñ quidā. Oēs inūde mu  
 lieres sūt reos vnde. vñ s̄ p̄m. Mulier ē insaciabil bestia. z dete  
 stabit viri suffio. dānū amabile. amor odibilis. origo litis. fomes  
 inēdacty. otinua sollicitudo. dom<sup>9</sup> rēpelat. castitas/ ipedimentum

viri naufragium, hostis in factibilis, humanum mancipium, inde  
ficiens pugna. Nam lachrymis struit et. Quid tu nec vos  
crede. Quid enim fallacius illis, idem. Ut ficerent oculos erudire  
suos. Nam struit insidias, .i. parat [lachrymas], .i. p. lachrymas,  
[insidias], .i. deceptiones [dum plorat] unde versus, femina falle  
re/falfaqz dicere: quando cauebit. Secana piscibus/z mare flui  
bus: ante carebit. Item vento quid leuius/puluis, quid puluere  
fama, quid fama/mulier, quid muliere/nihil. Mulier sic describitur  
ab Iliodoro, Mulier est amicitie inimica, dulcis calamitas,  
domesticum periculum, malum necessarium, detestabile documē  
tum, bono colore depicta; omne facinus cōmouens, unde versus  
Nil tibi curetur: si coniugis ira mouetur, femina dum plorat/tūc  
fallere quanqz laborat.

**Utere questitis/sed ne videaris abuti.**

**Qui sua psumūt/cū deest: aliena sequuntur.**

Ad expensarum modestiam nos inuitat auctor dicens. Non ex  
pende res tuas in pios vsus, quia subiungit [utere questitis]  
id est rebus quas acquisuisti: vtiliter potiaris] sed ne videaris  
abuti, .i. male vti vel contra vsum vti, et hoc est luxuriari z prodigi  
ge expendere, quia illi qui consumunt [res suas], .i. dissipant sup  
flue/z prodigialiter deuorant. Et cum ita consumpserint res suas  
[aliena sequuntur], .i. rebus alienorum vtuntur: cum deficiunt ea  
que habuerint de patrimonio, vel que expenderunt de proprio/z  
hoc malum est, qz dicitur. Miserum est aliena viuere quadra, vnde  
de versus, Sic tibi sit vsus rerum ne fiat abusus, Qui sua demer  
gunt: post hoc extranea pergunt.

**Fac tibi preponas: mortē nō esse timēdaz**

**Que bona si non est: finis tñ illa malozuz.**

Hic docet nos auctor vt mortis aduentus sine timore expectem?  
Dicitur enim qz semper bonum est meditari: vt animo leto possis  
relinquere vitaz, vnde, Viuere non valuit, qui mori non vult. Vi  
ta enim cum expectatio ne mortis data est. Dicit ergo [fac vt pre  
ponas mortem non esse timēdam] quo cūqz malo accidat vel egri  
tudine: vel alio casu imminente, mors est finis omnium rerum et  
cōmunis qualitas, vel quasi naturalis [que bona], .i. que mors.  
[si] pro quibus, quibus non est bona z suavis, .i. quibus nō putetur esse  
bona ab omnibus, qz minime placet eis] tamen illa est finis ma  
lorum], .i. miseriarum z laborum terminatio, Vita enim terminata

omnia finiuntur. z malorum hominum malicia supple: qz ipsa in  
 ponit finem malicie iniquorum in hoc solum bona est. facinor[us] qz  
 ponas mortem non esse timēdas. i. sis in tali statu qz aduentū mor  
 tis non timeas: sed sis paratus iudicium domui suscipere. quia  
 qui bene viuit male nō moritur. vnde aposto. Cupio dissolui z esse  
 cum xpo. vnde. Stultū est timere qd impossibile est evitare. z ideo  
 fac tibi muniendo te virtute que dicitur securitas/que describitur  
 sic. Securitas est virtus per quā homo pericula inuitabilia non  
 veretur/cuius consiliū est contra aspera fortune dare solaciū  
 vnde seneca. Per hanc virtutem effugitur timor mortis. Unde qz  
 moreris hoc est natura hominis non pena. vnde. hac conditione  
 intrat vi exitem. Sentium lex est proprie: quod acceperis redde.  
 peregrinatio est vita. Cum multum ambulaueris: reddendum est  
 vnde. Stultum est timere zc. finis tamen illa malorum. i. miseria zc  
 vel malorum. i. hominum. qz mors inponit finem malicie homi  
 num. Mali autem moriuntur in corpore et anima: boni viuunt in  
 eternum. Et dicit finis qz opinio quorundam erat qz anima cū cor  
 pore moreretur. dicitur enim mors vltima linea rerum. vnde dicit  
 Nate timere mori: pena formidine noli. Que bona si nō sit: tamē  
 hec mala nostra resoluit zc.

**Uxoris linguam si frugi ē: ferre memento  
 Nāqz malū ē nil velle pati: nec posse tacere**

Dic precipit auctor vt aliquando garrulitatem mulierum patia  
 mur: si tamen aliquā vtilitatem videam⁹ eucntre. Et hic docet vxō  
 ri credere si aliquid dicat qd sit vtile. qz non est bonum semper eā  
 despicere. dicit ergo memento ferre. i. pati linguam vxoris tue. i.  
 garrulitatem si est frugi. i. vtilis. Et est frugi nomen indeclinabi  
 le omnis generis z significat idē qz vtilis. Dico ergo qz feras illā  
 Nāqz malum est nil velle pati. i. non habere voluntatem pacien  
 di aliquid nec posse tacere. i. si te arguat propter vtilitatem tuam  
 Dic enī notatur duplex cautela scz qz debes pati linguaz vxoris  
 tue si est vtilis. z si non est vtilis non debes pati. z hoc est malum.  
 dicit ergo Nāqz malum est ne velle pati linguaz vxoris Ipsi est vtil  
 lis: z malum est illaz pati part ratione si non est vtilis. vnde. Uxo  
 ris linguam si prodest: cur ergo inquam. Nāqz pati nescit vir  
 stultus nec reticescit.

**Dilige non egra caros pietate parentes.  
 Nec matrē offēdas: dū vis bon⁹ esse parētī**

Hoc preceptum consonat precepto dato in prologo. s. parentes ama. iuxta illud. Honora patrem & matrem ut sis longeuus super terras. qz qui maledixerit patri vel matri morte morietur. Cōstrue sic. Dilige non egra. i. non ficta sed stabili & firma pietate. id est toto animi affectu. parentes tuos caros. i. dilectos. i. patrem & matrem qui proprie dicuntur parentes. quia uterqz est causa partus. nec offendas matrem tuam carnalem. i. in nullo sedas & scandaleses. dum vis bonus esse parenti. i. patri tuo. i. dum vis placere & esse amabilis patri tuo & matri tue. Aliter vero potest legi & intelligi de patre altissimo & imortal. i. xpo. & de matre. i. sancta ecclesia: & competenter & sic lege. dilige parentes tuos. i. xpm & ecclesiam quibus debetur amor/timor & reuerentia. nō egra pietate. imo ex toto corde tuo/ex tota anima tua & plus q̄ teipsum. nec offendas matrem. scz sanctam ecclesiam per delictum tuum. dum vis bonus esse parenti. i. dum xpo desideras complacere. vnde versus. Esto pius vere: super his que te genuere. Nec spernas matrem nisi vis offendere patrem.

## **S**ecuras quicūq; cupis deducere vitam Nec vitijs herere: aīm q̄ morib<sup>9</sup> obsūt

Hic incipit quarta & vltima distinctio huius libri. in cuius principio monet autor lectorem ut si velit securam vitam ducere & honestam audiat precepta sua & legat & relegat. quia quilibet clipeo virtutis munitus: cuiuslibet aduersitati secur<sup>9</sup> poterit obuiare ad modum boni viri. Sed quia nullus aduersitatibus & procellis animi tempestatibus sine fortitudine non potest obuiare: quarenda & applaudenda est fortitudo. per quam prudentia quasi forti clipeo premunita possit resistere aduersitati. & ipsius equo animo tollerare. Unde cum ista virtus ita sit q̄ pericula contemni faciat. difficilia aggredi & consumari consulat: fortia roborat: roborata confirmet & confirmata perpetuet: inhonestum erit si tanta & tam nobilis virtus palatum humani cordis in sociata incidat. Ducat ergo fortitudo tres puellas secum quibus auxiliantibus & mada tum facientibus: officium suum possit ducere ad effectum. Prima ergo puella vocatur fiducia. que assidet in primo. Secunda constantia. que cooperatur cum ea in medio. Tertia magnificentia que cooperatur cum ea roborat et confirmat. Quicūq; ergo in principio boni operis fortitudinem habeat hanc puellas associet videlicet fiduciam. qz fiducia est virtus difficultum. spontanea et

rationalis aggressio: et sic incipiat. Qui vero post medium boni operis bonum voluerit perficere amplectatur secundam puellam scilicet constantiam. Et est constantia virtus operi incepto insitans propositum non relinquens. et sic homo in medio operatur. si vero hoc inchoata et iam perfecta voluerit consummare amplectatur tertiam puellam scilicet magnificentiam. quia magnificentia est difficultum et per laborum consummatio. Quicumque ergo cupit ducere vitam securam sic incipiat: et inceptum opus perseverando perducatur ad effectum. dicit ergo Securam quicumque cupis. id est desideras deducere. id est de sursum ducere vel continuo ducere vel perfecte ducere. securam vitam. id est sursum a cura: vel sine cura et sine sollicitudine. id est quietam et tranquillam. vel securam. id est sine timore temporalium. vel securam. id est sine macula viciorum. id est vitam mundam et honestam. Non potest enim vivere secure qui vicio est inuoluitus. nec pro et non. et viciis animum non habere. id est coniungi et copulare viciis scilicet nullatenus desideras animum tuum viciis adherere. que moribus obfusa. que scilicet vicia obfusa. id est offuscant vel nocent. moribus bonis. id est virtutibus. vel obfusa. id est contra sunt moribus. qui scilicet mores multotiens propter vicia corrumpuntur. unde versus. Ut tam securam qui vis deducere puram. Et qui si scieris te moribus addere queris.

**Hec precepta tibi: sepe relegenda memeto. Inuenies aliquid: quod te vitare magistro.**

Quia manona hominis fragilis est: et rerum turbine non audita semel sufficit removere. vii. Lectio lecta semel: decies reperta placebit et c. Construe memeto hec precepta. inter et inter esse legenda tibi id est a te semper. id est assidue: nam quod sepe legas illa inuenies aliquid id est in preceptis meis. quod scilicet quam rem magistro. id est doceo et moneo te vitare. et declinatur magistro. ab. vel inuenies aliquid quod doceo supple. vitare. id est committere et vituperare magistro. id est existente magistro: et tuo magistro: et te existente iudice. vel inuenies aliquid quod te vitare magistro. id est doceo quod vitas: et hoc me magistro existente. quod bonum est vitare. vel te vitare. quia potes cognoscere multa licet illud non expresserim. nisi ex diuersis meis plura potes cunctare. unde versus. Corde sub attento: mea ponere verba memento In quibus agnoscas: que crimine linquere possas.

**Despice diuitias/ si vis animo esse beatus. Quas qui suscipiunt: mendicant semper avari**

Dic pontē autor primus p̄ceptum per qđ ad rerum temporalium  
 um despectum nos inuitat. dicit ergo. O tu lector: despice. vilip̄  
 de diuicias: vt potius tibi subiugētur q̄ tu illis. iuxta illud oratij  
 Et mihi res. non me rebus subiungere conor: despice inq̄ si vis  
 esse animo beatus. i. si placidum z tranquillū desideras habere  
 animum tuum: z sine curis. diuicie enī non inferunt beatitudinē  
 sed potius inferunt curas z sollicitudinē: quas diuicias illi qui  
 suscipiunt. i. super se sursum aspiciunt. id est venerantur z amant  
 Suscipere ponitur pro venerari. sicut despiciere pro contemnere.  
 qui inq̄ tales sunt mendicant semper. i. egestate efficiuntur. aua  
 ri. i. cupidi. vnde illud. Crescit amor nūmi/quantū pecunia crescit  
 et ouidius. Creuerunt z opes z opum furiosa libido. Et enī possi  
 deant plurima: plura petunt. vel suscipiunt. i. coadiuāt z qui  
 portant totam curam sub eis imponendam. Dicit boetius. Si di  
 uicie aliquid boni proprie in se haberent: naturaliter in se nunq̄  
 contingerent vel euenirent. Dicit ergo sic despice diuicias si vis  
 esse securus in animo tuo z tranquillam vitam ducere. Qui enim  
 diuites volunt fieri in hoc seculo incidunt in sollicitudinem et in  
 laqueum dyaboli. vnde augustinus. Qui terrenas sinit vel cupit  
 diuicias: eternis abrenunciat. vnde. Diues diuicias non congre  
 gat absqz labore. Nec tenet absqz metu: non desinit absqz dolore  
 Alibi dicitur. Diuicie sunt rerum grata congregatio. curarum mi  
 nister. siue fortuna immoderata. auri pondus. sollicitudo auxilia.  
 delectatio iocunda z incōmoda. insatiabilis inuidia. iniuisa con  
 cupiscēcia. res immoderate desiderata. inreplebile desiderium.  
 [quas qui suscipiunt mendicant semper auari] Auarus non im  
 plebitur pecunia. quia auari nihil volunt expendere sed ab alijs  
 erigunt [auari dico qz dominus aliquibus dedit diuicias z alijs  
 non: vt sic probet patientiam pauperum/et dispensationem diuiti  
 um. vnde versus. Despice vitari: si vis in mente beari. Diues ma  
 crescit: quanto plus copia crescit.

**Lōmoda nature: nullo tibi tēpore deerūt.**

**Si contentus eo fueris: qđ postulat vsus.**

Dic latenter inuitat nos autor ad sobrietatem et modestiam.  
 dicit ergo Lōmoda nature scilicet utilitas scilicet ea que necessa  
 ria sunt et humane nature sufficiunt deerunt tibi nullo tempo  
 re si contentus fueris eo quod vsus postulat id est exposcit. vnde  
 de Seneca dicit. Probabile est qđ natura desiderat et exposcit ad  
 naturam quod satis est. Namqz contra situm quemlibet potum.



contra famem quemlibet cibum, contra frigus quodlibet postulat vestimentum, vnde Iobias. Non rerum cumulus, sed sufficientia diuit. Si tibi sufficientia paucula: diues eris, vnde Seneca. Lex autem illa ministrat non esurire non algere, vel comoda nature id est virtutes que naturaliter insunt non decunt. Vnde Seneca. Nulli preclusa est virtus: omnibus patet, non queri donus nec celum: nudo homini apparet, vnde versus. Qui non curaret plus: natura rogaret. Diues sic esset: quod res sibi nulla deesset, vnde alibi Pauper enim non est cui rerum sufficit usus, Cui satis est quod habet satis illum constat habere.

**Cū sis incautus? nec rem ratione gubernes  
Noli fortunam: que non est dicere cecam.**

Preceptum est ne fortune imputemus: quod fatuitati nostre imputandum est et negligentie et improvidentie nostre, dicit ergo cum sis incautus, id est improvidus/sine providentia multa providendo inutiliter et indiscrete, et hoc est quod subiungit nec gubernes rem, id est possessionem tuam ratione, id est per rationem/imo irrationabiliter expendendo incidis in aduersitatem, cum ita sis noli dicere fortunam cecam, id est fortune crimen imponere, quod non est ceca: quis depingitur ceca, scilicet dando bonis mala, malis autem bona. Vel cum sis incautus, id est tibi non precauens quod supponit nec gubernes, id est non disponas rem, id est statum rerum tuarum ratione/providentia erigit/imo per insipientiam tuam res tuas amittis noli fortunam que non est dicere cecam, id est contrariam et peruersam/que non est quia nihil est quod de fortuna estimatur et afferitur. Dicitur enim ab sit a mentibus fidelibus: ut fortuna aliquid esse credatur. Reuera non est ceca fortuna: quis ceca depingitur, vnde, Motus fortune variatur imagine line, Crescit decrescit: in eodem sistere nescit, dicit ergo Cum sis incautus etc. Vnde versus. Si male res seruas si perdis rursus acernas, fortune veras: nequeas afferre querelas.

**Dilige denarium: sed parce dilige formam  
Quē nemo sanctus? nec honestus? captat hīc**

Dicit inuitat nos auctor ut ad usum vite/non auaricie pabulum temporalia acquiramus, iuxta illud, Ad usum non auaricie pabula confert opes, dicit ergo dilige denarium, id est usum denarii: ut ea que tibi necessaria fuerint inde emas, iuxta illud oracii in sermionibus, Nescis quid valeat numerus: quid prebeat usum, Panis ematur/olus etc. In hoc possumus auaros demonstrare, quia prius

expendant nūmos p̄ianos z curuatos q̄ magnos et bonos] sed  
 dilige parce. i. parum] formam. i. contemplationem denarij in spi  
 rando z venerando eam] quem] denarium/vel quā formam. i.  
 formosam moneta] nemo sanctus. i. nullus sanctus. i. perfect⁹  
 ] nec honestus. i. prudens] capiat habere] ad hoc vt seruet illum:  
 sed hoc vt expendat. Sancti enim z boni viri/ et religiosi volunt  
 denarium/ non ad cumulum faciēdum sed ad vsum vite z ad ero  
 gandum pauperibus. Formam denarij diligit ille qui nūmos con  
 gregatos custodit/ illos nō audens vtiqz expendere qđ est auaro  
 rum. vnde oratus. Modis congestis vndiqz faccis: z tanq̄ sacris  
 aut tanq̄ pictis gaudere tabulis. dicit ergo] dilige denarium]. i.  
 vsum denarij vt inde emas necessaria] sed parce dilige formam]  
 id est compositionem denarij vel pulchritudinem monete/ non di  
 ligas inspiciendo z venerando/ z non expendendo. Multi enim cō  
 positores denariorum aspiciendo z non expendēdo denarios cō  
 gregant: z congregatos custodiunt: z quasi sacrosanctum vene  
 rantur. vnde de his congregationibus pecunie scriptus est. Argē  
 tum z aurum non valebit liberare eos in die iudicij. vnde. Cum  
 forma hominum fragilis est quantum succedit ad annos fit mis  
 nor zel. Si ergo forma humana non debet appreciari multo min⁹  
 forma denarij. vel] formā]. i. rotunditatem denarij que signat vt  
 sis perfectus in moribus. qz rotunditas signat perfectionem. De  
 narius est proprie scrupulus ponderis sed modo in vsu accipitur  
 pro cōmuni moneta corrente de vno ad alium. vnde versus. Pro  
 specie nullum/ sed pro re dilige nūmus. Quē nec a damauit sanct⁹  
 nec honestus auauit.

**Luz fueris locuples corp⁹ curare memēto**  
**Eger diues habet nūmos/ s; nō habet ipm**

Dic docet autor ne propter auariciam curam corporis dimitta  
 mus. dicit ergo] cum fueris locuples]. i. diues plenus habens lo  
 culos denarijs sicut habent diuites. Loculi enim dicuntur saccu  
 li in quibus denarij reponuntur. vnde locuples quasi loculis ple  
 nus. Vel locuples. i. habēs loca plena sine horrea. agros. villas  
 z hñdi. vñ. cuz ita sis] memēto curare corpus ] ne sis sicut diues  
 eger qui nil vult expendere vnde cito moritur. quia] eger diues  
 habet nūmos] in archa sua] sed non habet ipsum] id est sanitates  
 corporis. Et nota qđ habere vel haberi dicitur multis modis. que  
 dam habent aliquid in se sed non ad se nec de se. vt dolium quod  
 habet vinum in se z continet sed non habet ad se. quia non habet

per applicationem: nec de se quia non est pars eius, quedam habent in se z ad se, sed non de se, vt iste habet cupam in se z ad se, quia habet applicationem, sed non de se, quia non est pars eius. Item quedam habent in se/ad se/z de se, vt xpus habet animas z corpus in se quia in eo fuerunt ad se per applicationem, de se qz fuerunt partes eius. Item quidam habent aliquid non in se/ nec ad se nec de se: sed iuxta se, sicut eger diues non in se: sed iuxta se in archa/ nec ad se se/ ad utilitatem sui sed ad damnum: nec de se qz non partes eius sunt. Item quidam non habent se: sed aliquid contra se, vt eger diues non habet se, qz non habet sanitatem sed habet nummos qui sunt contra se, i. ad damnum corporis z anime sue. Habere enim notat possessionem et applicationem: vt iste habet hastam in manu. Inherencia rei, vt hic habere caritatem et fac qd vis, Unionem vt xpus habuit animam. Existenciam: vt hic nihil habet patrem qd ipse non sit. Usus vel cohabitationes, vt iste habet vxorem, i. ea vitur. Dicit ergo | cum fueris locuples | i. diues | memento curare corpus tuum, i. procurare corpus tuus, i. ad seruandum sanitatem vel salutem, z hoc est melius vt sis sanus z languorem possis euadere: qz eger si diues fuerit habet nummos sed non habet ipsum se/ simplicius sanitatem, vel sic | diues eger | id est curis aggrauatus z rebus acquirendis | habet | in aqz | nummos sed non habet ipsum | qz seipsum cruciat cogitando de pecunia habenda, vel | non habet seipsum |, i. potestatem sui, qz no est compos simplicius/ imo pecunie sue deditus est. Dicitur enim: male dicitur sit homo qui non possidet se: vel qui non habet seipsum id est seinet/ no vehementibus periculis etc. vnde vsus, Luz locus pleris fueris: corpus curare doceris. Se male custodit diues: quez copia ledit etc.

**Herbera cuz tuleris discēs aliqñ magistri**  
**Per patris imperium: cum vobis erit in irā**

Hic docet nos autor obedire pceptis magistri nri/ z pceptis pris discēs | cū tu discēs aliqñ | vobis | magistri/ per p̄t̄ etc. q. d. cū obedi as magistro qui quasi alienus est: multo magis debes obedire p̄i tuo | cū vobis erit in irā |, i. cū iratus te increpat, vel | patris |, i. magistri, qz sicut pater carnal generat corp⁹, ita magister regenerat corpus informādo doctrina, vñ quidā, Si tu doctoris mādata feras, genitoris sic debes imperiū taz bñ facere p̄iū, fert panē, dicit, fert portat, cupit, aufert. Lōmet, hic agit hec tibi ferre notat etc. dicit s. | Herbera cū tuleris | per locū a mmozi ostēdit qz patri debem⁹

tollerare castigationem. vnde [Cum discens] .i. disciplinaz captes  
[uleris] .i. passus fueris [aliquando verbera magistri] .q. d. cum  
ita sis q̄ tu obedias magistro: multo magis debes obedire patri  
tuo. vnde dicit [ser] .i. sustine [impertum patris tui] q̄ multo meli  
us debes obedire patri tuo vel imperium patris. id est preceptum  
Triplex est pater. s. pater spiritalis. informatiuis. ⁊ generatiu⁹.  
vnde versus. Si fers doctorem: discendi propter amorem. ser nō  
deyre patrem/dum subiacet ire. vel sic Tu reprehendentem. De  
bes tollerare parentem.

**Res age que prosunt: ruri⁹ vitare memēto**  
**In quib⁹ error lest: nec spes ē certa labor]**

Preceptum est vt in rebus vtilibus laborem nostruz imponam⁹  
⁊ vt res inutiles euitemus. Res ibi large accipitur. q̄ quicquid ē  
dicitur res. vnde augustinus. Rerum alie sunt quibus fruendum  
est. Alie quibus vtendum est. Quandoq; res significat rem incor  
poream. Quandoq; idem est q̄ veritas. Vnde non est ita in re. i.  
in veritate. Quandoq; significat coitum. vt iste habuit rem cum  
illa. Quandoq; idem est q̄ propositum. vt hoc facit ad rem. i. ad  
propositum. Quandoq; idem est q̄ possessio. vt iste abstulit mihi  
res meas. i. possessiones meas. Quandoq; idem est q̄ persona. vt  
in decreto res que culpa caret. i. persona ⁊c. Res idem est q̄ vtili  
tas. Vnde in oratio. Gaudeat/aut doleat/cupiat/ mentiatq; quid  
ad rem. i. ad vtilitatem. Item significat effectum. vnde ouidius. ex  
re nomen habet. i. ex effectu. Et idem est q̄ figmentū. vnde chime  
ra est res. i. figmentum. Et idem est q̄ causa. vt hic. Trasci abs re nō  
li. i. sine causa. quasi dicat dilige proximum tuū. ⁊ hoc erit ad pro  
fectum. ne videas ea [in quibus error inest ⁊c.] .i. ex quibus labo  
ribus non potes fructum habere sed damnum. vt fructum est hui  
iulmodi/generale preceptum est. dicit ergo [age res] .i. age in re  
de res [que prosunt] .i. que profecture sunt [rursus] dico tibi [vita  
re memento res in quibus error inest] .i. potius damnum q̄ vtili  
tas [nec spes est certa laboris] .i. a quibus fructus laboris nō spe  
ras habere. vnde in alexan. Cum labor ⁊ merces equali lance co  
berent. Tunc labor ē dulcis ⁊c. vnd versus. Res adiutrices age  
virtutisq; datrix. S; dubitatus fugito/nimiuq; nocius ⁊c.

**Qd̄ donare potes gratis/concede rogāti.**

**Nā recte fecisse bonis/in parte lucrosū ē**

Ut largiendi beniuolentiam ⁊ hylaritatez habeam⁹ nos iuuat

auctor iuxta senecam qui ait. Jocunda sunt beneficia que manu le  
 ni placidaq; fronte tribuuntur &c. dicit ergo. Primo persona illi  
 us qui dat. secundo res que datur. tertio de quo datur. quarto possi  
 bilitas dantis. quinto qualiter sit dandum. sexto cui sit dandum.  
 septimo quare sit dandum. Primo autem videndum est quid sit  
 donum vel datum. Sciendum est qd donum vel datum idem sit  
 largo sumptu vocabulo: & omne illud qd potest dare. Item donus  
 vel datum quandoq; diversa significant. Datum enim restringitur  
 ad naturalia. i. ad memoriam & ad intellectum & ad rationem. do  
 num vero ad gratuita. vnde Jacobus. Omne datum optimum. i. oē  
 bonum naturale. & omne donum perfectum. i. omne bonum gra  
 tuitum. s. virtutes ad sensum &c. Item differunt. qz donum signi  
 ficat ipsam rem. datum vero usum rei. Unde dicitur qd spiritus  
 donum sanctis ab eterno. i. donabile. & tunc notat apportionem. Das  
 tum vero in tempore. & tunc significat usum rei. Unde visio quid  
 sit donum & quid datum: redeundum est ad supradicta septem  
 que possint notari in precedentibus. Primo notatur persona dan  
 tis vbi dicitur [concede roganti]. i. da. Secundo quid potest dari  
 notatur vbi dicitur [Quod donare]. Tertium de quo dare debemus.  
 vnde dicitur Justiniani. Hoc solum possumus dare quod de iure possu  
 mus. Quartum possibilitas dantis. qd notatur in hoc verbo [po  
 tes] qz ille qui dat debet sibi cauere qd donum non sit minus sua  
 facultate. Quintum est qd in dono debet esse modus dandi. quod  
 notatur vbi dicitur [gratis] quia gratis dandum est & sine dilacōe  
 vnde seneca. Ingratum est donum siue beneficium qd inter man  
 dantis diu hesit &c. Sextum est qd debemus videre cui donemus  
 & non ingrato sicut tocolatori vel meretrici. vnde supra dicitur [Lui  
 des videto] qd notatur vbi dicitur [roganti] supple. grato & necessa  
 rie habenti. & non cupido nec ambitioso. Septimum est quare da  
 re debemus scz propter qd causam. nam ex precepto tenemur. vnde  
 illud. Omni petenti te tribue. vel qz amicos inde lucremur. qd no  
 tatur vbi dicitur [nam recte fecisse bonis] in parte lucrosū est. Cū  
 denigrat meritis dāt mora. s. data statim. Mōera plaudis plus  
 qz fauor hnt. alibi. Dandi tolle moras dādo cito munus honoras  
 &c. v[bi] rogāt. i. supplicāt in hoc qd sumas ei rationez qd potes  
 d dare [qz ddes] nā lucrosū ē fecisse recte bonis. dicit g[regorius] [Cōcede]  
 alicui [rogāt] gratia. i. spontanea voluntate vel sine remuneratōe  
 & non vende qz precium qd donum sequitur: gratia non sequitur  
 vnde versus. De re que venit. Et illud. Gracia nulla datur si mu  
 nere munus ematur [naq; recte fecisse bonis] benefacere nō oblis.

[ est lucrosum in parte ] . q. d. qui recte facit. bonis sibi lucrosum  
inde acquirit. vel sic [ nam recte. sc. bonis ] . i. prodesse bonis tantum  
in parte [ est lucrosum ] . q. d. non omne lucrum est quod est in parte.  
vnde in euange. Gratis accepistis. gratis date etc. vnde versus.  
Quod vis donare gratis nolito negare. Nam benefacta dari: bo-  
nis imputat esse lucrari etc.

**Qd tibi suspectū ē: p̄festiz discute quid sit  
Nāq; solēt p̄mo/que sūt neglecta nocere**

Preceptum est vt dubia et suspecta nobis inuestigemus ne nobis  
inferent nocumentum. dicit ergo [ quod tibi suspectum est. i. dubium  
et incertum ] discute. i. inquire et inuestiga [ confestim. i. statim ] quid  
sit. i. quid sequi posset inde [ namque solent nocere. i. nocumentum in-  
ferre ] que primo sunt neglecta [ et minime p̄uidentur et si p̄uide-  
rentur non nocerent alicui. omne ergo ignotum debemus inuesti-  
gare ne noceat nobis. vnde iob. Rem quam nesciebam libenter inue-  
stigabam. vel ] discute [ . q. d. totum delibera inquirendo cum sit  
litatis sit opus quod vis aggredi. nam si fueris in electione duorum  
quorum vnus est melius altero et elegas tibi peius postea dimissio  
melioris nocebit tibi ] namque ea que sunt neglecta primo solent no-  
cere ] vnde ex minima scintilla magnus nascitur ignis. Et ovidi.  
Principijs obita etc. vnde versus. Inuestigetur res que suspecta  
videatur. Nam solet vere res indiscussa nocere. et alibi dicitur. Et ne-  
glecta solent incendia sumere vires.

**Luz te detineat veneris dānosa voluptas  
Indulgere gule noli/que ventris amica ē**

Hic docet nos auctor remedium contra carnis petulantiam. De  
luxuria satis dictum est superius vbi dicitur [ luxuriam fugu ]  
vnde ad presens pretermitto de illa. Sed quia auctor lectores inuitat  
in loco isto ad abstinentiam gule. videndum est quid abstinentia  
sit. Abstinentia enim est virtus statutum prandendi terminum non  
p̄ueniendi. Ista virtus impeditur primo horarum prandendi debi-  
tam p̄ueniendo. Secundo impeditur querendo cibos nimium  
delicatos. vnde oratius. Noscenda est mensura sui spectandaque re-  
bus. Tertio impeditur nimio apparatu cibariorum. quando his  
nimia opera datur. vnde oratius. Nam prodiga res est. Luxuries  
nunquam paruo contenta paratu. Et quiescit terra. pelagoque ciborum  
Ambitiose fames et late gloria mente. Discite quod paruo liceat duce-  
re vitam et quam natura petat. Quarto impeditur nimio appetitu

in edendo /z mensurā sufficientis refectionis tran scēdēdo /z ebrie  
tati vacando qđ est maximum peccatus. qz quando venter immo-  
derate reficitur. genitalia in libidinem provocantur /z incontumē-  
lias excitantur. quia vēter z genitalia sunt vicini. z ideo dicitur [vo-  
luptas] est enim voluptas quedam lubrica suavitate /z illicita si-  
de inentis inclinatio [damnosa .i. damnum tibi inferens: qz animā  
denigrat. bursam evacuat. hominem diffamat. corpus debilitat et  
eneruat] Indulgere gula noli. .i. consentire vel insistere zc]. vñ gre-  
gorius. Noli esse similis illis quorum deus venter est. Unde ven-  
ter obest bursę: vacuum dum non patitur se. vel aliter [cu3 volup-  
tas veneris. .i. libidinis] damnosa. .i. damnum tibi inferens. qz ani-  
mam vel hominem zc]. noli indulgere. .i. consentire [gula]. .i. cras-  
pule. qz sine cerere z bacho frigescit venus. vnde verilius. Luxuri-  
at raro non bene pasta caro. Thobias. Virtus sobrietas dat gra-  
tia remedia luxus. qz sc3 libido vel gula est amica ventris. genita-  
lia enim z venter sunt vicini. vnde illud. Venter saginatus de fas-  
tuli spumat in luxuriam vel libidinem. vnde thobias. Ventre sagi-  
nato veneris suspirat ad vsum. Ventris amica / caro carnea mē-  
bra petens. Libido sic describitur. Libido est humilium vel viliti-  
um z turpium membrorum ex indebito ordine proueniens appe-  
titus. Amor pro luxu describitur sic. Amor est quedam mentis in-  
sania que vagum animum fert per inania. sicut delicias. et bibit  
tristitia. crebris doloribus permiscens gaudia. vnde verilius. Quē  
nimium tangit venus: z quē fortiter angit. Nec credas ventri: qđ  
vult gula cuncta volenti. Et venus dicitur a venero / veneraris.  
quia solet venerari in pluribus locis. Vel dicitur a vena. quia ve-  
nit per venas.

## **Cū tibi preponas animalia cuncta timere Anū precipio: hominem plus esse timēdū.**

Dic doce nos autor qđ pre cunctis animantibus versucijs hu-  
manam versuciam magis est timendam. dicit ergo [Cum tu pre-  
ponas] id est constituas [tibi] id est penes te [cuncta animalia]. .i.  
fortis animalia scilicet leones et boues z huiusmodi animalia p  
maiori parte timenda ne noceant tibi [precipio tibi] supple. id est  
doceat [vnum hominem] id est solum hominem [plus esse timen-  
dum]. q. d. super omnia z inter cetera animalia debes hominem ti-  
mere. qz ingentior est ad nocendum z animalia alia /z propter re-  
uerentiam p similes nature. vel qz sanctius ē ceteris animalibz. Et

est animal proprie substantia sensibilis animata. Animalis aliud rationale/aliud irrationale. rationale vt homo. vnde Ouidius. Saucius his animal mentisq; capacius alte. de erat adhuc zel. Irrationale vt bos a sinus zel. vnde Ouidius. Prona cui spectat animalia cetera terraz. Os homini sublime dedit: celumq; videre iussit zel. Item animal quandoq; ides est qd imago. vnde in apo calipfi. quantum animal erat simile aquile volanti. Item animal idem est qd homo simplex. vnde in psalmo. animalia pusilla cui magnis. i. maiores et minores que sunt de fide ecclesie. vnde Luy tibi sponas zel. [timore horrois quo aliquis timer sibi pena. vñ l scipio hofes pl esse timédū] [sit timore horrois. q; ingeniosior ē ad nocēdū q̄ cerera aialia. vel timore reuerētie. q; hō ē dignissima creaturarum. vel propter conformitatem consimilis creature. vel quia similis est creatori. s. deo. vnde homo habet esse cum lapidi bus. vegetare cum arboribus. sentire cum brutis animalibus. ratione vel cum angelis.

**Cū tibi preualide fuerint in corpore vires  
Fac sapias: sic tu poteris vir fortis haberi**

Sapientiam fortitudini ostendit esse miscendam. Dicit ergo sic. [Cum preualide vires] .i. valide et robuste] fuerint tibi in corpore id est cum sis fortissimus in corpore] fac sapias] .i. vt sis sapiens id est sapientiam cum fortitudine habeas] [sic] .i. siquidem] tu poteris vir fortis haberi] quia sapiēs cum fortitudine virga optima est: vnde dicit salomon. Melior est vir sapiens fortis. Et qui domi natur animo suo melior est q̄ vrbium expugnator. vñ claudianus Tunc omnia iura tenebis cum possis rex esse tui. vel aliter] Cum tibi preualide fuerint in corpore vires] [exercendo vires tuas] fac sapias] vt scias discernere quid bonum et quid malum. vnde dicit Conuenit ingenio. robur prudentia fortis. Viribus intentus nō est tibi fortis habendus. Sed quēcūq; putes sapienter ducere vires. Si sapias ergo tace bona res est viuere pace.

**Auxilium a notis petito: si forte laboras:  
Nec quisq; melior medicus / q̄ fidus amicus**

Dic docet nos catho amicos nostros inquirere quando opus ē quia nobis tenentur vt possint subuenire dicens] [petito a notis] id est ab amicis. vnde] [auxilium a notis petito] et non ab ignotis quia] [cognita iudicio] [zel].] si forte laboras] .i. aliquo laborioso negotio vel aliqua infirmitate] [nec quisq; melior medicus] [quasi



dicat sicut medicus utilis est ad expellendos morbos, sic amicus ad iuuandum z consulendum amico si labor incubat ei. vñ supra [corpous auxilium] vnde versus. Plus valet in vico/ bene fidus amicus amico. Quā nūmus plena de quolibet ere crumena. Alij versus. Natos implores sili si forte laborea. Doc ideo dico/medi co quis maior amico.

**Cū sis ipse nocēs moritur cur victima p te  
Stulticia ē in morte/alteri sperare salutē**

De ostendit autor sacrificium nocentis non esse deo acceptabile vel gratum: qz homo se debet primito emendare anteq̄ deo offerat sacrificium, qz dicitur. Non bene celestes impia dextera colit, dicit ergo/ cum sis ipse nocens. .i. criminosus/ cur moritur victima pro te/. q. d. nihil confert tibi mors pecudis ad salutem anime nec victima. cum tu sis prauus. quia/ stulticia est. .i. nimis stultum/ sperare salutem. .i. spem habere de salute eterna/ in morte alteri id est pecudis. Non enim pecudes: sed nosmetipsos deo debemus molare. Quia sacrificium deo placens est. spiritus contribulatus z cor contritum. Per mortificationes ergo proprie carnis debemus facere salutem/ z non occasione hircine vel thaurine: qz victima debet fieri per compunctionem z contritionem cordis. Est enim cō punctio cordis humilitas cum lacrimis z recordatione peccatorum. **V**ictima dicitur a victoria: siue ab hostibus deuictis. qz post victoriam fiebat sicut dicitur ab eis qui vadunt in hostes. vel victima dicitur a vincendo/ vel a ligando qz quibusdam vitibus z fasciis caput victime. s. arietis vel alterius animalis ligabatur. vnde Quem mens damnabit hunc victima nulla piabit. Qualiter ergo malis/ succurret mors animalis etc.

**Cū tibi vel sociū/ vel fidum queris amicum  
Nō tibi fortuna ē hois: sed vita petenda.**

Construe/ cum queris tibi socium. .i. ad utilitatem tuam/ fidum socium vel fidum amicum. .i. firmum z stabilem/ fortuna hominis. .i. diuicie que habentur s3<sup>o</sup> fortunam/ non est petenda tibi sed vita id est honestas vite. q. d. non debes querere diuicias sed bonos mores. quia si honesto associaris honestus efficieris. vnde dauid **C**um sancto sanctus eris: z cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris: z cum perverso perversus eris. vnde versus **T**u perversus: si perverso socius. Si sanctus sequeris: tu quoqz sanctus eris. Nota qz fidus dicitur respectu societatis/ sicut hic.

¶ Cum tibi vel soctum vel amicū fidum [scz veracem in verbis vel  
promissis. De primo dicitur in psalmista. fidelis dominus in om-  
nibus operibus suis. De secundo ait apostolus. fidelis dñs qui  
non permittit nos temptari. Item quandoqz dicitur fidelis in cō-  
missis. vnde in euangelio. Euge serue bone et fidelis. Item fidelis  
dicitur a fide sicut xpiani. vnde versus. Si quis amicum vult vllū  
vel sociari. Non fortunatum querat sed more probatum.

**¶ Utere questitis opibus: fuge nomen auari  
Quid tibi diuicie prosūt: si paup abundas.**

Ad vsum rerum acq̄sitarū hic nos inuitat autor: dicens [vte  
re opibus acq̄sitis] consilio rationis. q. d. Opes tibi a deo colla-  
tas ad vsum conuertiere eas prout ratio expedit vel consultat expē-  
dendo [fuge nomen auari]. q. d. tali modo tuis rebus utere vt fu-  
gias nomen auari. i. ne dicaris auarus propter tenacitatem et ab-  
stinentiam bonorum tuorū. Auarus ab auo. es. dicitur q̄s idem  
q̄ cupio cupis. et inde auens. i. cupidus vel auarus/ quasi habens  
varas manus. i. curuas ad retinendum. quia omne curuum meli-  
us tenet q̄ directum/ q̄s patet in hamo. vnde quidam. Currit frus-  
tra mus: cum murilegus tenet hamos. Verius. Effuge lucrari  
parcendo nomen auari. Cur tibi sit carus: census quē seruat auar-  
rus [Quid tibi diuicie profunt] ita dico si tu abundas pauper. i.  
si in diuicijs abundas cum viuas parce/ in expēdēdo misere ege-  
statem paciēdo. q. d. nō profunt diuicie tibi. vnde oratius. Quid  
fortuna mihi/ si non conceditur vt. vel [pauper]. i. cupidus et auar-  
rus. quasi diceret: quid prodest tibi habere multas facultates/ si  
non sufficiant tibi que possides si pauper abundas ne fruaris ac-  
quisitis. vel se habere operibus et semper pauper existens/ bone  
operationis. vnde versus. Ergo facit virtus/ non rerum copia ple-  
num. Ad vicium mentis: viciosum reddit egenum.

**¶ Si famaz seruare cupis/ dū viuis honestā  
¶ fac fugias animo/ q̄ sūt mala gaudia vite**

¶ Dic precipit autor: ne de acibus criminosis gaudeam⁹ in possi-  
dendo diuicias/ nec inde nos iactitemus. quia nihil adeo offendit  
deum: sicut ceruix erecta post peccatum. Dicit ergo [Si vis serua-  
re famam honestam dum]. i. q̄ diu [viuis]. i. si vis laudari in vita  
tua [fac] ne gaudeas de aduersitate alterius nec velis de malis  
operibus gaudere. vel cum malefeceris noli letari. qz nihil rei.  
Et in rebus pessimis noli cōgaudere: vt de luxuria. rapina. inglu-

nte & huiusmodi. ne dicatur de te quod dicit salomon. Letantur cum mala fecerint/et exultant in rebus pessimis/ quod non est faciendum. 3<sup>a</sup>em. Risus in dolore miscebitur/ et extrema gaudij luctus occupat. vel fugias gaudia vite [presentis] que sunt mala/ la set nocua eterne. Qd dicit oratius. Gloria peccati nulla petenda tui est. vel fac fugias animo que sunt mala/ id est que reddunt malum et infamiam. vt sunt amplexus mulierum. gulositas & huiusmodi que homines diffamant. Versus. Ut tibi laus detur/ que nūq̄ vituperetur. Qd male letatur nūq̄ tua vita fruatur.

**Cum sapias animo: noli irridere senectas**  
**Nā quocūq; sene/ sensus puerilis in illo est**

Preceptum est ne senes irrideamus [cum sapias] id est cum sapientiam habes integram in animo tuo] noli irridere senectam. id est senem aliquem noli despicere. et ponit proprietates pro subiecto dicens] nam quocunq; sene/ id est senescente. sicut rege latino/ pro regente latino] puerilis sensus/ id est acutus sensus & fertilis sensus est in illo sene. vt in pueris. Licet enim senes sint debiles et crebantes: tamen validi sunt consilio et prudentia. Et s<sup>o</sup> hoc senex dicitur a senos qd est sensus. vel aliter] noli irridere senectam. Nam quocunq; sene sensus puerilis in illo est [scilicet sene id est nimio confectus senio. Delirat senex et in puericiam redigitur: vnde modum pueri & fatuitatem in multis senibus consequitur. Cum igitur turpe est puerum irridere: ita turpe est senes irridere: cum habet modum pueri. Sicut nec de factis puerozum non est curandum: sic nec de factis senum est curandum. Senecta delirat etatem. quia continuo obliuat animum et memoriam. vñ Senex dicitur quasi se nesciens. vel aliter] noli irridere senectam id est etatem illam scilicet senectatem. quia confert sapientiaz: vt patet in pluribus] naz quocunq; sene [ablatiu] absoluti vt prius] sensus puerilis/ id est discretus/ est in illo] sicut in pueris: ita fit et punctus] sensus puerilis est in illo] id est ex vicio. senis et non creatis. s. luxuriam/ & potuz euacuāt assidue & in inuēture sua: sicut puerilis sensus fit in sene/ & non ex senectate sed ex consuetudine. Confectio s. enim senes esse insensatos & fatios. vnde versus. Sensu defectam: noli deridere senectam. Omnibus est vñis senibus mens & puerilis &c.

**Disce aliquid: nā cū subito fortuna recedit**  
**Ars remanet: vitā que hoīs nō dserit vnq̄**

